**10.** Ecce advenit Bernardinus solus, et cum ibi[1] supra portam pulcherrima pictura gloriosa[2] Maria virgo figurata esset, et adhuc est, statim coram ipsa genuflexus[3] nudisque genibus suis petitionibus adoravit[4]; facta autem[5] devotione sua, domum statim recedendo[6] repetebat. Tobia hoc[7] cernens[8] admirata est; sed suspicans[9] ne visa fuerit[10] ab illo, iterato occulte veniens, idem quod supra de Bernardino vidit. Sed ut certior efficeretur, quamdam spiritualem[11] sibi consociam[12] visum misit. Illa item[13], quod per Tobiam cognitum[14] fuerat, et[15] ipsa cognovit. Quapropter Tobia, omni sinistra[16] suspitione remota, sed gaudens animo[17], Bernardino ait[18] : " Fili mi, pridie „ dixisti[19] te filocaptum esse. Rogo, propales[20] mihi omnem verita- „ tem, ne me amplius teneas in suspenso „.

Cui Bernardinus respondit : " Postquam sic iubes, quod nulli „ aliter[21] propalarem, arcanum mei pectoris reserabo. Filocaptus „ quippe sum de B. Virgine Dei genitrice Maria, quam semper dilexi, „ in qua[22] omnis spes mea reposita est; illam summe diligo, illam „ quero, illam videre desidero. Sed cum non valeam in hoc seculo „ propriam[23] videre personam[24], statui amore sui cotidie visitare „ supranominatam picturam[25], cum mihi videatur pulchrior et in „ sua maiestate decentior, quam aliqua que[26] sit in hac[27] civitate. „ Ipsam cotidie visito flexis genibus, me sibi recommictens, sperans „ ab ea consequi gratiam et misericordiam, quam ultimate desidero. „ Et hec est[28] amasia mea[29], spes mea, Virgo mater Dei. „

Tobia hec audiens lacrimas continere non valens, amplexata est[30]

— [17] *om.* 2. — [18] (iniquitatem-carnis) frag. carn. et iniq. hominis 3. — [19] suavis 2; sanciatus 3. — [20] labiorum 1. — [21] et *add.* 2. — [22] *om.* 2. — [23] (i. e.) influxerat ad bene vivendum Bernardinum 2. — [24] disponit 2. — [25] (i. t.) tendebat cotidie Bernardinus 2. — [26] (ad - Tobia) Tobia se contulit ad locum 3.

**10.** — [1] sibi 3. — [2] scilicet *add.* 3. — [3] genuflexit 2. — [4] (p. a.) orationibus 2. — [5] *om.* 2. — [6] reducendo 3. — [7] hec 3. — [8] intuens 2. — [9] in itinere *add.* 2. — [10] fuisset 2; (suspicans-fuerit) suspicata fuerat 3. — [11] specialem 3. — [12] sociam 2. — [13] iterum 2; idem 3. — [14] praecognitum 2. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 3. — [17] *om.* 3. — [18] (B. a.) a. B. 2. — [19] (mi pr. d.) dixisti mihi nuper 2. — [20] propala 2. — [21] alteri 2, 3. — [22] (semper-qua) *om.* 1. — [23] primam 2. — [24] primam 2. — [25] in Camollia *add.* 3. — [26] *om.* 2. — [27] *om.* 2. — [28] *om.* 2. — [29] et *add.* 3. — [30] (a. e.) amplexus 2.

illum, dicens: « Fili mi, vere non cadebat in mente mea[31] de te
„ sinistra suspicio; sed aliquantulum titubavi, intuens machinationes
„ daemonis et[32] versutias a quibus omnibus est conatibus preca-
„ vendum. Sed, benedicte fili[33], optimam amasiam cepisti, optimum
„ tue[34] salutis refugium, spem indubitatam omnibus peccatoribus[35];
„ illam quere[36], illam sequaris, omnique devotione in ea confidas.
„ Nullum enim sustentaculum tue[37] saluti salubrius habere potes,
„ quam ipsam matrem pietatis et misericordie, nec aliquis in ea
„ confidens vacuus recedit „. Continuavit demum Bernardinus hanc
devotionem visitationis prefate pluribus[38] annis, et[39] postquam in
religione senuit, sepe sepius visitare consuevit[40], testantibus sociis[41].

**11.** Vere multis ex[1] coniecturis tam ex dictis suis quam ex evidentissimis signis colligi potuit Bernardinum toto tempore vite sue fuisse B. Virgini devotissimum. Ego, illo predicante Senis de B. Virgine in anno 1427[2] in die sue nativitatis, ab ipso audivi hec verba formaliter: « Ego frater Bernardinus semper fui B. Virginis[3]
„ devotus. Ego enim in die nativitatis sue[4] natus fui, in eadem die in
„ baptismate christianus effectus, in eadem die renatus et vestitus
„ fui religioni, in hac[5] die feci professionem, eadem die primam
„ missam cantavi[6], et in eadem die[7] desidero mori „. Hec ille. Et
vere nunquam audivi aliquem de B. Virgine libentius et[8] devotius[9]
et ardentius predicantem quam Bernardinum.

**12.** Probus iuvenis Bernardinus dum seculo viveret, Deo servire cupiens ut suas devotiones augumentaret, procuravit[1] annumerari in confraternitatem disciplinatorum B. Marie Virginis in hospitali[2] della Scala situatam, ut in eorum[3] devotissimo oratorio[4] et consortio iuxta[5] eorum probatos et devotos mores suam devotionem perficeret. Et cum ibi non admictantur nisi probati viri et[6] de quibus bona opinio habeatur, cum locus ille fuerit longissimo tempore speculum secularium devotionum[7], is tanquam probus ab omnibus confratribus approbatus alacriterque[8] admissus est[9]. Orationes, disciplinas et alias iocundas austerasque devotiones die noctuque ibidem consuetas super alios exercebat. Hic locus antiquissimus ille est, unde fere omnes devotiones[10] Italie disciplinatorum laicorum[11] originem traxerunt. Hinc sancti et[12] beati plures egressi sunt, Iesuatorum primus

— [31] (m. m.) mentem meam 3. — [32] *om.* 2. — [33] mi *add.* 3. — [34] tunc 2. — [35] (o. p.) omnium peccatorum 2. — [36] queras 2. — [37] tunc 1. — [38] (p. a.) a. p. 2. — [39] etiam *add.* 3. — [40] (sepe - consuevit) sepius visitavit 3. — [41] (et - sociis) *om.* 2.

**11.** — [1] *om.* 2. — [2] (in a. 1427) *om.* 2. — [3] Virgini 2, 3. — [4] *om.* 1. — [5] (i. h.) eadem 3. — [6] (p. m. c.) c. p. m. 3. — [7] *om.* 3. — [8] *om.* 2. — [9] (l. e. d.) d. l. 3.

**12.** — [1] se *add.* 3. — [2] magno *add.* 2. — [3] eodem 3. — [4] oratoris 2. — [5] vitae 2. — [6] *om.* 3. — [7] devotorum 2; (s. d.) devotorum secularium 3. — [8] alacriter 3. — [9] *om.* 2. — [10] devotionem 1. — [11] et *add.* 2. — [12] *om.* 3.

ille ferventissimus Iohannes Columbinus cum sotio suo dilectissimo Francisco de Vincentis[13] hinc traxit exordium; Montis Oliveti ordinis fundatores hinc orti sunt, B. Petronus de Petronis[14], deinde Carthusiensis effectus, Andreas de Galleranis speculum sanctitatis, aliique[15] plurimi heroyci[16] contemplantes, et innumeri fere religiosi hinc originem habuerunt. Non[17] ergo mirum si Bernardinus B. Virginis devotissimus in domo sua voluit aggregari, de qua tot stellas et divinos viros[18] viderat prodeuntes. Quam tamen domum[19] super omnes alios ibi[20] confratres illustravit.

**13.** Sed cum non videretur adhuc[1] sibi[2] sufficere locum illum ad complementum sue fervide devotionis et[3] ad macerationem sui corporis, fide dignissimo relatu percepi eum[4] per plura tempora ultra frequentata[5] ieiunia se flagellis funiculis affligebat et macerabat, et sepe[6] sepius cum urtica et cilicio. Et licet hoc occultissime faceret, ut soli Deo, cui serviebat, nec alteri cognitum esset, Domino disponente probitates iuvenis illius aliquando lucescere, permisit hec[7] nota fieri debere. Et adhuc supersunt qui non ex proposito, sed inexcogitatis casibus, Bernardino minime perpendente, hec omnia viderunt et tetigerunt.

Vestitus annis pluribus dormivit super cassa[8] potius[9] quam super lectum[10]. Cibus eius et[11] potus, licet parcus et temperatus, communis erat, neque[12] in excessu seu[13] defectu delicatorum seu ignobilium et vilium ciborum singularitatem, sed communem vitam invenio. Ilaris, iocundus, affabilis, humilis, et cum omnibus communis semper fuit, tristitie, torporis et ignavie inimicus; in actione vivus et assiduus[14], irasci numquam malo animo visus est, veritatis[15] amicus, caritate plenus, miserabilibus misericors[16], prudens et circumspectus valde, nec videbatur mestitia locum sibi posse comparare, ubi aderat Bernardinus. Sed in eo quo ab omnibus semper[17] commendatus est ultra omnes alios iuvenes Senenses, fuit laus honestatis, verbo[18], nutu et opere; in qua[19] omnes semper uno ore consenserunt, ac si non iuvenis carneus sed lapideus potius fuisset.

Habitus vero ei semper[20] fuit scolasticus et honestus[21], pluribus tamen annis Dominus Bernardinus vocatus est, eo quod canonica iura audiebat, opinantibus omnibus ut insigniis canonici doctoratus[22] decoraretur.

— [13] (de V.) *om.* 2. — [14] Petronibus 2; Petroniis 3. — [15] quam *add.* 2; alii quam 3. — [16] heroice 2. — [17] est *add.* 3. — [18] vicos 2. — [19] ipse demum *add.* 2. — [20] *om.* 2; sibi 3.

**13.** — [1] (non-adhuc) videretur adhuc non 3. — [2] *om.* 2. — [3] *om.* 3. — [4] cum 3. — [5] frequentia 2. — [6] *om.* 3. — [7] hoc 2. — [8] capsam 3. — [9] *om.* 2. — [10] lecto 2. — [11] (e. et) et e. 3. — [12] non 2. — [13] sui 1. — [14] et *add.* 2. — [15] veritas 1. — [16] (m. m.) misericors, miserabilis 2. — [17] (ab o. s.) s. ab o. 3. — [18] verbis 2. — [19] quo 3. — [20] (ei s.) s. ei 3. — [21] et *add.* 3. — [22] (c. d.) canonicis decoratus 3.

**14.** Adveniente illa terribili[1] maxime[2] et universali peste in anno M°CCCC° tempore iubilei, et numerus infinitus peregrinorum Romam petentium et inde redeuntium applicaret[3] hospitale magnum, inter omnes christicolas famosissimum, domum piissimam B. Virginis[4] della Scala de Senis, multiplicatus est ibi magnus[5] numerus infirmorum: ex quibus moriebantur quam plurimi[6] et communiter cotidie mensibus tribus cum dimidio et ultra duodecim[7], XIIII, XVI[8] et XVIII decedebant et aliquando XX. Et de propria[9] familia domus eiusdem et domestici decesserunt, XXII fratres dicti hospitalis[10], XVIII mulieres commisse et pauperibus mulieribus ministrantes[11], VIIII sacerdotes, V clerici, septem aromatarii medicinas infirmis et unguentaria providentes[12], XXXVI pueri in hospitale nutriti, et LX famuli pro infirmorum cura deputati; quorum omnium domesticorum et contubernalium defunctorum numerus ascendit ad CLVII. Peregrinorum vero ibi[13] defunctorum fuit pene numerus[14] infinitus; ob multitudinem infirmantium et[15] decedentium et[16] nimio fetore horribili[17] locus ille terribilis erat omnibus intuentibus eum. Et nemo fere recipiebatur[18], qui quocumque pretio famulari[19] vellet in providendo et ministrando infirmis: fratres enim[20] et alii quamplurimi moriebantur, et cum maior ibi necessitas incumbebat ministerii, magis locus erat derelictus.

**15.** Magister hospitalis et rector vir optimus caritate plenus et ab omnibus virgo reputatus, Dominus Ioannes de Ghiandaronibus[1], licet iam senex, non cessabat omne bonum pro viribus operari; sed pestiferum ignem cum videret accensum et iam fere omnia comburentem, affligebatur[2] valde, dubitans nec[3] pecunia[4], licet largas manus haberet, nec[5] pretio, cum omnes epidemie contagiones timeant, non posse pro infirmis congruos habere ministros. Deum rogabat et Virginem eiusdem piissime domus conservatricem[6], dignaretur sue[7] domui et pauperibus Christi providere.

Sed misericors et miserator Dominus qui confugientes[8] ad se nunquam derelinquit, et gloriosa Virgo pauperum et miserabilium infirmorum in domo sua degentium providere intendens[9], ecce suscitaverunt spiritum Bernardini iam prope annorum XX, ut egris et pauperibus provideret et piissime domui deserviret[10].

**14.** — [1] (i. t.) *om.* 2. — [2] maxima 3. — [3] applicare 1; ad *add.* 3. — [4] Marie *add.* 3. — [5] *om.* 2. — [6] (m. q. p.) q. p. m. 2. — [7] xiii *add.* 3. — [8] XV 3. — [9] prima 2. — [10] (f. d. h.) d. h. f. 2. — [11] ministrantibus 3. — [12] ministrantes 2. — [13] decedentium seu *add.* 3. — [14] (p. n.) n. p. 2. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 3. — [17] horribilique 3. — [18] reperiebatur 3. — [19] familiari 2. — [20] *om.* 2.

**15.** — [1] Ghianaronibus 2. — [2] affligebantur 1, 2. — [3] ne 2; neque 3. — [4] pecuniam 1, 2. — [5] neque 3. — [6] ut *add.* 3. — [7] sui 3. — [8] fugientes 2. — [9] intendentis 1; et *add.* 3. — [10] inserviret 2.

**16.** Bernardinus igitur [1] intuens infirmorum necessitates, maximo zelo concitus [2], epidimialem contagionem non timens, sed sponte mortem subire exponens [3], ut Christo in pauperibus suis [4] ministret [5], prelibatis infirmis pluribus hebdomadis omni zelo et diligentia serviebat [6]. Sed cum videret [7] ministrorum inopiam et paucitatem, in [8] infirmorum multitudinem et [9] necessitatem convocavit duodecim spirituales iuvenes et illos hortatus est [10] velint una secum pauperes Christi gubernare infirmos, asserens illis quod [11] qui pauperi Christi ministrat, Christo ministrat, et si casu in [12] tali exercitio et ministerio quis moritur, pro Christo moritur, et quod nil optabilius esse christiano [13] debet quam pro eo [14] Christo mori, qui mortuus est [15] nobis [16]. „ Simus omnes confratres [17], Deus iuvabit nos. Videtis iam, fratres, ignis accensus est, iam fere crematur mundus, securis ad arborem posita est, falx messem sollicitat. Quam de nobis habere certitudinem possumus, cum et alios cotidie crebo mori videamus et fere vivos et [18] sanos mori quosdam videamus [19] nobis intimos socios et amicos? Si in hac caritate morimur, ad Deum volamus [20]. Si autem evademus, toto tempore nostro [21] letabimur [22] tale obsequium in pauperibus suis prestitisse Deo, nobis recolentes Evangelium [23] illud, quod nullum bonum irremuneratum est apud Deum. Quocumque igitur vertamur [24], sive vivamus, sive moriamur, Deo serviendo lucramur [25]. „

**17.** Auditis verbis et persuasionibus [1] Bernardini, devoti iuvenes illico dictis suis consenserunt [2], ex quibus adhuc aliqui supersunt et vivunt, et consulto [3] Bernardini confessi omnes [4] et communicati, leto animo congaudentes, magno fervore curam et ministerium [5] infirmorum una cum Bernardino eorum capite et magistro [6] ceperunt [7]. Cui statim a [8] Magistro hospitalis assignate sunt claves totius fere [9] domus, et illi datum [10] est onus infirmorum et [11] peregrinorum advenientium [12], et fere omnium eleemosinarum distribuendarum, adeo quod pro libito fere omnia [13] disponebat et dispensabat, tamquam si piissime domus dominus [14] fuisset. Fervoris [15] et charitatis

**16.** — [1] vero 3. — [2] concitatus 2, 3. — [3] exoptans 3. — [4] serviens *add.* 2. — [5] ministraret 3. — [6] ministravit 2. — [7] (c. v.) intuens 2. — [8] et 3. — [9] (in - et) et infirmorum 2. — [10] ut *add.* 3. — [11] *om.* 2. — [12] *om.* 3. — [13] (e. c.) christiane esse 3. — [14] *om.* 3 — [15] pro *add.* 3. — [16] dicebatque illis *add.* 3. — [17] fratres 2. — [18] *om.* 2. — [19] videmus 2, 3. — [20] volabimus 2. — [21] vite nostre 3. — [22] lectabimur 1. — [23] dictum 3. — [24] vertimur 2; vertamus 3. — [25] ecce me totum vestrum et de me pro vestro libito voluntatis disponite, *add.* 2.

**17.** — [1] suasionibus 3. — [2] assenserunt 2. — [3] consilio 2. — [4] (c. o.) confessionis 3. — [5] (c. e. m.) cura et ministerio 1. — [6] (infirmorum-magistro) *om.* 1. — [7] acceperunt 3. — [8] *om.* 3. — [9] sanctae 2. — [10] datus 1. — [11] ac 3. — [12] venientium 2. — [13] (f. o.) o. f. 2. — [14] *om.* 3. — [15] igitur *add.* 3.

exemplar Bernardini [16] et sociorum [17] eius [18] quam plurimos [19] alios iuvenes et cives attraxit ad servitium infirmorum [20]; de quibus tamen non pauci eo tempore [21] decesserunt.

**18**. Bernardinus fervore incensus, domum primo [1] ordinavit [2], exercitia [3], officia, ministeria, labores et vicissitudines distribuendo et ponendo [4] pro loco, tempore, labore et personarum congruitate. Ipse tamen semper in omnibus conabatur presentialiter interesse. Nam et [5] die noctuque infirmis astabat, medicinas et medicamina parabat, cibaria secundum qualitates infirmorum ministrabat, omni spurcicie [6] infirmis necessarie [7] se sponte ultra omnes subiciebat [8], non labori, non fetoribus maximis, non vigiliis, non [9] incommodis aliquibus parcendo, sed recentior semper et spiritu vivus [10] apparebat, ea cum [11] caritate, ac si patres, fratres aut proprios filios gubernasset [12]. Nec mirum; nam cum [13] amore Dei hoc faceret, Deo serviebat, qui plus quam pater, plus quam frater [14], plus quam filius est. Compatiebatur etiam aliquando [15] et condolebat et plorabat cum egrotis; canebat et [16] ridebat etiam et blandiebatur [17]; et cum illis talem se habebat, qualis videbatur expediens pro consolatione [18] infirmi. Nec fere videbatur sibi [19] aliquid [20] posse ad vota sue caritatis complete perfici, nisi omnia videret et tangeret [21]. Morituris infirmis sacramenta [22] ordinabat, mortuos qui multi erant in sero [23] sepulture tradebat, peregrinos fere innumeros [24] sero advenientes cena cibabat, dormitionem parabat; et cum lecti [25] in peregrinario ordinati, licet multi essent, sero non [26] sufficerent, peregrinis [27] strata plurima faciebat in terra, lectisterniis [28] fulcita, adeo quod nulli competens [29] locus pro dormitione defecit. Crebros parabat ignes et fumigia [30] odorifera, acetaque [31] multa spargebat fere per universam domum, ut fetor et [32] corruptus aer pro parte saltem rectificaretur [33] et libentius a ministris provideretur infirmis.

**19**. Permisit Deus quod in medio tot laborum, fetorum [1] et vigiliarum cum incommodis infinitis Bernardinus numquam infirmatus est, sed alacer semper, promptus, vigil et indefessus [2] verbo et opere egrotos et ministros confortabat. Sed cessata peste, post tale obse-

— [16] *om.* 2. — [17] consociorum 2: bonorum *add.* 3. — [18] suorum 2. — [19] plures 3. — [20] infirmis 2. — [21] (e. t.) *om.* 2.

**18**. — [1] prius 2; *om.* 3. — [2] preordinavit 3. — [3] exercitio 1. — [4] (et p.) componendo 2. — [5] *om.* 2. — [6] spurcitate 2. — [7] necesse 2. — [8] (u. o. s.) s. u. o. 2. — [9] neque 3. — [10] unanimi 2. — [11] *bis* 1. — [12] gubernaret 3. — [13] (n. c.) cum eis 2. — [14] et *add.* 2. — [15] (e. a.) et alioquin 2. — [16] *om.* 2, 3. — [17] et loquebatur *add.* 2. — [18] (p. c.) ad consolationem 2. — [19] *om.* 2. — [20] aliquod 3. — [21] (nisi-tangeret) non omnia videre et tangere 2. — [22] sacram 2. — [23] *om.* 1. — [24] innumerabiles 2. — [25] *om.* 2. — [26] (s. n.) nec 2. — [27] peregrini 2. — [28] lectisternis 1. — [29] *om.* 2. — [30] fumigera 2. — [31] acieptaque 1; arcta quam 2. — [32] (f. e.) *om.* 3. — [33] ratificaret 2.

**19**. — [1] *om.* 3. — [2] (v. e. i.) iugum indefessum 2.

quium per illum Deo prestitum in hospitali mensibus quatuor et ultra, domum rediit.

Sed cum Bernardinus Christum in suis pauperibus, ut prefertur, visitaverit infirmum, et Deus pius atque[3] misericors Bernardinum visitavit infirmum[4]. Hospitali recedens fere immediate infirmatus est intentissimis febribus casu[5] in domo Ildibrandini de Manettis[6], sibi dilectissimi et caritate coniuncti. Iacuit mensibus circa quatuor, licet alii plures currerent ante recuperatam pristinam sanitatem, patientissime tamen infirmitatem[7] seu potius visitationem Dei toleravit[8], nec molestius ferebat aliud quam[9] molestiam aliorum sue gubernationi astantium, licet summa et diligenti caritate laborarent; inter quos Tobia tanquam pia[10] mater ac etiam Iustina de Manettis[11] nobilis matrona ab eius latere fere nunquam discesserunt.

**20.** Nec ab opere pietatis, deposita infirmitate, Bernardinus[1] cessavit. Nam cum Bartholomea matrona veneranda olim soror patris eius Tolli, relicta nobilis Trogliardi[2] de Tholomeis iam fere nonagenaria, ceca[3], nervis relaxata et de lecto surgere non valeret, et[4] ex obitu cuiusdam sibi spiritualis consocie debito gubernio careret, statuit delicatus et probus iuvenis[5] illam personaliter propriis[6] manibus gubernare, nec spurcum et fastidiosum aliquid evitare, ac si proprie matri serviret[7]. Omniaque perfecit[8] que perficienda erant de primo[9] ad ultimum per annum integrum[10] et ultra, donec, soluto debito nature, optima mulier ad patriam supernam transvolavit.

Mulier hec[11] veneranda et benedicta, spiritualis multum, a quam pluribus[12] opinionem habuit[13] sanctitatis. Nam[14] ieiuniis, vigiliis[15], orationibus et macerationibus sui corporis longo tempore post receptam regulam S. Augustini, cui[16] religata[17] erat, vacavit, gratias Deo reddebat semper, et cum in predicationibus vel aliter[18] privatim audiebat recordari nomen[19] Iesu[20], ipsam etiam vocem continere non valebat quin pluries et pluries Iesum clamaret rauca voce, stridulo accentu et singultu. Et licet sapientissima foret[21], videbatur aliquando tactu spiritus et[22] fervore insanire cum recordatione nominis Iesu, quod[23] semper corde gestabat et ore. Et crebrius in[24] lecto laudes alta et clara voce canebat.

— [3] et 2. — [4] nam ab *add.* 2, 3. — [5] cum 2. — [6] Manectis 2. — [7] infirmitates 2. — [8] toleraverit 2. — [9] (a. q.) aliquam 1; aliquid q. 2. — [10] *om.* 2. — [11] Manectis 2.

**20.** — [1] (i. B.) infirmitatis Bernardini 3. — [2] Troglardi 2. — [3] ac a 2. — [4] *om.* 2. — [5] et *add.* 2. — [6] (p. p.) principalem piis 2. — [7] deserviret 3. — [8] (o. p.) omnia quae fecit 2. — [9] (de p.) de post 3. — [10] integer 1. — [11] *om.* 3. — [12] plurimis 2. — [13] habuerit 2. — [14] *om.* 3; et *add.* 2. — [15] et *add.* 3. — [16] cum 2. — [17] relicta 3. — [18] taliter 1, 3. — [19] (r. n.) recordans nominis 2. — [20] Christi *add.* 2. — [21] soror 2. — [22] *om.* 2. — [23] quae 2; quem 3. — [24] *om.* 3.

**21.** Opinantur multi quod orationes et lacrime mulieris illius[1] benedicte, quas longo tempore pro Bernardino sibi dilectissimo[2] effudit, sicut lachrime beate[3] Monice Augustinum converterunt ad Christum, sic istius[4] lacrime[5] Bernardinum auxerunt et firmaverunt ad viam Dei. Suadebat[6] semper Bartholomea Bernardino viam Dei in religione[7] capessendam et eam sub regula Heremitarum Augustini, cui et[8] ipsa religata erat, in convento[9] et loco devotissimo de Lecceto[10], ubi spirituales patres[11] Deo servientes morabantur.

Bernardinus[12] suasionibus illius inclinatus et cum spiritualibus illius de Lecceto[13] conversatus[14], approbans satis in corde suo mores et laudabilem vitam illorum patrum, tantam habuit inclinationem, quod ibi forte[15] fuisset ingressus, nisi quod illam sibi[16] tanquam matrem, dum viveret in humanis, minime derelinquere[17] voluit.

**22.** Mortua Bartholomea, Bernardinus iam corde saucius[1] Deo servire cupiens, cum[2] nec quam religionem ingrederetur deliberasset, statuit solus habitare[3] ut privatim possit[4] facilius et commodius experiri que expedienda[5] viderentur pro consequenda[6] vita regulari et Deo grata magis. Domum elegit in hortis[7] iuxta portam de Tusis[8] et in secreto loco capellulam ordinavit cum altari et crucifixo, ibique orationibus, ieiuniis, vigiliis[9], flagellis, disciplinis, cilicio, devotionibus frequentius solito et asperius vacando, omnem[10] quam potuit experientiam expertus est in persona sua usque ad cibum herbarum et aquarum potum; lectiones sue, cum fere omnes alias fastidio[11] haberet, in sacris libris devotione plenis consummabantur[12], illis letabatur[13], illas iam toto corde amplectabatur[14].

**23.** Spirituales conversationes ultra solitum querebat, et illorum[1] libentius in quibus aliquid exemplaritatis[2] intueretur. Sed animo sepe revolvens quo in statu, qua familia Deo famulatum prestare[3] debeat, pluries ac pluries[4] toto corde prostratus Crucifixum oravit, ut ei gratiam tribuat potiorem viam et vitam eligendi, quam sua favente clementia[5] sequeretur[6]. Verum[7] credo responderit ei[8] Crucifixus : “ Fili, vides me hic nudum et fixum cruci. Si me diligis[9], „ sequeris[10] nudus, et tunc[11] fixus cruci me sequaris, et me inve-

**21.** — [1] *om.* 3. — [2] (s. d.) dilecto sibi 2. — [3] beatissime 2. — [4] iustius 3. — [5] (i. l.) istae 2. — [6] enim *add.* 2. — [7] religionem 3. — [8] *om.* 2. — [9] conventu 3. — [10] Lecciato 2. — [11] viri 2. — [12] autem *add.* 3. — [13] (inclinatus-Lecceto) inclinans et spiritualibus delicate 2. — [14] est *add.* 3. — [15] (i. f.) illuc 2. — [16] *om.* 2. — [17] relinquere 2.

**22.** — [1] sanctius 3. — [2] *om.* 2. — [3] (s. h.) h. s. 3. — [4] (p. p.) suavius posset 2. — [5] expianda 1; experienda 3. — [6] sequenda 2, 3. — [7] (in h.) sortis 1, 3. — [8] Trisis 3. — [9] (i. v.) v. i. 3. — [10] orationem 2. — [11] studio 3. — [12] consumebantur 2. — [13] gaudebat 2. — [14] complectebatur 3.

**23.** — [1] illarum 3. — [2] caritatis 2. — [3] procurare 2. — [4] (ac p.) *om.* 2. — [5] (f. c.) c. f. 3. — [6] (c. s.) gratia prosequatur vel clementia 2. — [7] vere 3. — [8] (r. ei) quod ei responsum dederit 3. — [9] et *add.* 2, 3. — [10] queris 2. — [11] tue 3.

„ nies. „ Quo intellecto et pluries ponderando[12], advertens[13] optimum consilium Christi Crucifixi, ut eo melius ac salubrius nequaquam possit inveniri, illud omnino totis viribus, toto corde sequi[14], Domino concedente, disponit[15]. Et cum seraphicus ille archimandrita Franciscus ultra omnes alios Christi nuditatem et crucem fuerit secutus, sub eodem Francisco devotus Bernardinus militare deliberat[16].

**24.** Queritans igitur, ut[1] vota perficiat[2], quem meliorem virum militem Francisci reperiret, religiosissimum patrem Iohannem Ristori Senensem ordinis Minorum iuxta cor suum invenit, virum magni consilii, probum et optimum, iam senio confectum, ac longa experientia et penitentiis maceratum. Is enim[3] XXX annis in Bosina[4] contra hereticos[5] pugnando, innumerabiles fere ex illis populis[6] baptisavit ad fidem Christi. Unde senex iam effectus et terra sancta peregrinata[7] ad patriam[8] remeando fere sanctus ab omnibus habebatur.

Omne cor suum Bernardinus venerabili patri detegit et in manibus suis, omni abiecta voluntate, totum se posuit; soliditatem[9] consilii et veritatis in illo reperiit[10]. Quare post multa colloquia suo fretus consilio habitum[11] pauperrimi Francisci statuit induere. Primo tamen[12] evangelica imitatus[13] consilia, omnia que possidebat, possessiones, domos et alia partim vendendo et[14] partim donando, omnem substantiam suam tunc[15] helemosinis, tunc[15] maritandis puellis distribuit, ut nudum Christum nudus sequeretur, statutoque die ingressus sacre religionis domum[16], octava die septembris, die videlicet[17] nativitatis Marie Virginis gloriose, Senis in ecclesia[18] et conventu[19] Minorum[20] sancti Francisci apud altare maius per manus prefati venerandissimi patris Iohannis[21] Ristori[22] magno cum iubilo et devotione indutus est felix Bernardinus devoto habitu F.[23] Seraphici ducis[24] currentibus annis ab incarnatione Dominica M°.CCCC°.I°. Etas vero Bernardini erat annorum XXII$^{orum}$. Habitu iam[25] accepto et Deo gratiis amplissimis redditis et oblato Bernardino sacro altari, sicut antiqua prophetissa Anna, oblato Christo altari, de illo prophetavit[26],

— [12] ponderato 2. — [13] vero *add.* 3. — [14] *om.* 3. — [15] disposuit 3. — [16] *Ici commence dans* 3 *le long récit d'une vision qui détermina Bernardin à s'adresser aux fils de S. François. Inc. :* Contigit etiam dum in eodem. *Sur cette interpolation, voir plus haut, p. 57.*

**24.** — [1] sua *add.* 2, 3. — [2] perficiebat 3. — [3] eis 1. — [4] Bosna 2, 3. — [5] in *add.* 2. — [6] (fere - populis) ex i. p. fere 2. — [7] peragrata 2, 3. — [8] propriam 2. — [9] soliditatemque 3. — [10] repperit 3. — [11] et *add.* 2. — [12] eum 2. — [13] imitans 3. — [14] *om.* 2. — [15] tum 2, 3. — [16] demum 2. — [17] die *add.* 2. — [18] cerce 1. — [19] (et c.) *om.* 2. — [20] fratrum *add.* 3. — [21] *om.* 2. — [22] ac reverendissimi patris Galganensis tunc ministri ac predicatoris famosissimi *add.* 3. — [23] *om.* 2; scilicet 3. — [24] domenicis 1. — [25] (MCCCCI - iam) MCCCCII, etatis vero Bernardini XXII, habitu vero 2. — [26] prophetisavit 2.

sic et vir Dei Iohannes Ristori de Bernardino altari oblato prophetavit[27] in hec verba prorumpens : „ Ordo noster vere[28] iam diu talem „ receptionem non fecit[29], ex qua maior fructus appareat, et[30] exaltatio[31] ordinis sicut de receptione ista hodie per nos facta[32] de „ Bernardino. „

**25.** Post paucos dies consilio et benedictione fretus prelibati religiosissimi patris, recedens de Senis, letus, lenis, hilaris et iocundus illico se contulit[1] Columbarium, locum in Senensi agro devotissimum et[2] asperrimum, ubi B. Franciscus moram traxit. Ibi enim patres optimi et paupertatis Francisci regulam observantes morabantur, qui tunc[3] temporis rariores[4] quodammodo reperiebantur.

Bernardinus probus tyro illic tanto fervore et asperitate[5] Deo serviebat, ut apud insulsum iudicium mundanorum delirasse potius videbatur, quam servire Deo, et[6] supra vires humanas quampluries[7] asperitatibus ac macerationibus utebatur. Sed cum stultitia mundi sepe sepius[8] magna prudentia sit in conspectu Dei, mundo[9] Bernardinus iam excecatus illum non videns[10], solummodo que placita Deo forent, intensissimo[11] eius fervore consequi conabatur.

**26.** Professus[1] est regulam pauperis Francisci obedientie et castitati coniunctam[2] revoluto anno[3], eodem die nativitatis Virginis gloriose et[4] missam cantavit, anno videlicet M.CCCCIII[5] et predicare cepit ibi[6], astantibus convicinis. Et cum post annum[7] professionis Senas veniret, a rectore hospitalis della[8] Scala postulavit heremitorium Beati[9] Honofrii della Capriola[10] prope civitatem[11], ut ibi[12] pauperculum nidum pro se et consociis[13] suis haberet. Recolens venerandus rector Ioannes Ghiandaronus[14] obsequium immortale et perpetuo recolendum a Bernardino prestitum[15] hospitali eidem[16] tempore magne pestis iam dicte, libentissime capitulariter[17] et pleniter[18] locum illum donavit fratri Bernardino pro se et fratribus universis seraphici Francisci de observantia nuncupatis[19] cum recognitione tantum cerei[20] unius libre singulis annis in festo Annunciacionis seu[21] Incarnacionis Dominice; qui olim angustus et pauperrimus locus ab eodem Bernardino[22] Dei gratia et[23] auxilio civium

— [27] prophetisavit 2. — [28] *om.* 2. — [29] et *add.* 2. — [30] *om.* 2. — [31] nostri *add.* 2. — [32] (p. n. f.) facta est 2.

**25.** — [1] ad *add.* 2. — [2] *om.* 1. — [3] cum 3. — [4] phoenice *add.* 2. — [5] (et a.) asperitatis 2. — [6] *om.* 2. — [7] quam pluribus 3. — [8] sepiusque 3. — [9] mundus 1. — [10] non audiens *add.* 2, 3. — [11] intentissimo 3.

**26.** — [1] perpessus 3. — [2] (o. et ca. co.) *om.* 2; ob. et castitatis vinculum 3. — [3] (r. a.) in principio alterius anni 2. — [4] *om.* 2. — [5] MCCCCIIII 3. — [6] ubi 3. — [7] annos 3. — [8] de 2, 3. — [9] sancti 2. — [10] Capriuola 2. — [11] quem 2. — [12] ubi 1. — [13] sociis 2, 3. — [14] Ghiancaronus 2; Iandaronus 3. — [15] prestito 3. — [16] della Scala 2. — [17] capitualiter 1; capitulavit 2. — [18] solemniter 2. — [19] (s. F. de o. n.) observantie s. F. 2. — [20] (t. c.) c. t. 3. — [21] (A. s.) *om.* 3. — [22] (e. B.) ede 3. — [23] *om.* 2.

amplificatus ecclesiam pulcram habet et devotam cum pulchro et capaci conventu et amplis hortis.

**27.** Mirabilis fuit Bernardinus in religione; mirabilia enim fecit in vita sua, predicatorum primus[1] et[2] exemplar, diaboli stimulus et contra eum sedulus atque inconcussus pugil; maxima et stupenda gesta, divina potius quam humana[3], operatus est[4] Deus per illum, nedum universe Italie sed universo fere mundo notissima.

Sed bonorum operum premiator et remunerator eternus Deus Bernardinum optimum vinee Domini[5] operarium et agricolam mercede dignum post[6] tot[7] labores suos[8] immensos consolari voluit. Nam cum ultimo Bernardinus Massanos[9] suos, ubi ortus[10] erat, suis predicationibus consolasset[11] et Senas venisset, hinc discedens, ut in regno Apulee[12] predicaret, infirmitate[13] in itinere suo preventus apud civitatem de[14] Reate applicuit[15] Aquilam, felicem Aprutii civitatem. Ibi[16] post paucos dies, appropinquante hora qua spiraret ad Dominum, morem[17] sui patris Francisci sequens, se poni fecit in terram et statim quasi[18] ridens spiravit ad celos, videlicet ad Deum[19] qui miserat illum, in vigilia Ascensionis dominice, die mercurii hora XXII, in qua die[20] per fratres antifona[21] illa dicebatur[22] occurrens : « Pater, manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi : » nunc[23] autem pro illis[24] rogo[25], non pro mundo, et[26] ego[27] ad te » venio (1). »

**28.** Expiravit autem[1] in conventu Fratrum Minorum, currentibus annis ab Incarnatione dominica M°CCCC°XLIIII°[2] die XX° maii, adstantibus huic transitui felicissimis[3] ultra alios infrascriptis[4] fratre Bartholomeio Muriani de Senis, fratre Petro de Senis, fratre Dominico[5] de Senis et fratre Felice Mediolanensi sibi consotiis et ministris[6] dilectissimis, quos secum ducebat. Et hii cappam et vestimenta eius, libros suos et utensilia fere omnia[7] portaverunt Senas ad locum[8] dela Capriola[9].

**27.** — [1] (p. p.) predicatorum primum 2. — [2] *om.* 2, 3. — [3] *om.* 3. — [4] (o. e.) e. o. 2. — [5] *om.* 3. — [6] propter 3. — [7] *om.* 2. — [8] *om.* 3. — [9] massarios 2; Massano 3. — [10] hortus 2. — [11] consolatus fuisset 2. — [12] Apulie 2, 3. — [13] infirmante 2. — [14] *om.* 2. — [15] applicavit 3. — [16] ubi 3. — [17] more 2. — [18] *om.* 2. — [19] eum 2. — [20] (i. q. d.) dum 2. — [21] antea 3. — [22] ducebatur 3. — [23] ego 1. — [24] eis 3. — [25] et *add.* 3. — [26] quia 2, 3. — [27] *om.* 2.

**28.** — [1] (e. a.) qua completa antiphona ridens ut prefertur expiravit 2. — [2] MCCCXLIIII 2. — [3] (t. f.) t. felicissimo 1; f. t. 2. — [4] videlicet *add.* 2. — [5] (Barth. - Dominico) Domenico de Senis, fratre Bartholomeo de Senis, fratre Petro 2. — [6] et *add.* 2. — [7] (eius-omnia) sua et suos libros 2. — [8] conventum suum 2. — [9] (Expiravit - Capriola) *om.* 3.

(1) Ioh., XVII, 6, 9, 11.

Vixit Bernardinus in seculo annis XXII, in religione annis XLI mensibus VIIII diebus XI horis [10] XXII. Computatis omnibus stetit in mundo annis LXIII, mensibus VIII, diebus XI, horis XXII; in celo autem perpetuum vivit apud Deum [11], cui sit semper laus. Amen [12].

**29.** Religiosissime pater, ecce iam habes quod ad [1] me tuo nomine postulatum fuit de origine, vita et [2] moribus felicissimi Bernardini ante religionis ingressum, non tamen in eo ordine, copiositate et modo quo decet et res tanta promeretur. Sed, ut prefertur, ne pertinax esse videar, pro facultate ignorantie mee statui quam raptim tuis obedire mandatis, conatus adherere veritati, quantum permisit temporis angustia. De mirandis vero eius gestis [3] in religione, cum sit mare maximum et pelagus infinitum, ut et tu, qui ei longo tempore coetaneus et consotius fuisti, peroptime nosti, obmutesco [4]; illi enim potius derogaret descriptio mea quam laudem compararet. Sed ut tuum est supradicta corrigere ac reformare, sic et que restant gloriose describere. Tu enim ille es, qui miranda et stupenda vidisti et tetigisti in vita eius et morte. Facies igitur [5], facies quod omnino a te expectatur, ut magna gloria gestorum confratris [6] tui dilectissimi Bernardini possit etiam [7] aliis posteris ac seculis [8] lucere. Iterum vale et ora pro me.

Nescio tamen quis me spiritus [9] pungit, pater optime, ut ulterius tecum aliquid [10] attingam de felicitate et laudibus Bernardini [11]. Vere credo sit amor et devotio, quibus ei longo tempore afficiebar, dum viveret in humanis, quos tamen vehementer auxit stupor miraculorum. Et cum tecum loquor, qui [12] illum summopere dilexisti et ipse te dilexit, fere mihi [13] eum alloqui videtur. Sit ergo quis spiritus velit, statui tecum in his verbis consolari et saltim de corticibus laudis felicitatem suam [14] tantillum et perfunctorie tua supportatione recensere. Si dignum quid narrabitur, eidem Bernardino, gracilis huius calami directori, ascribe [15]. Si autem indignum, ignorantiam quippe meam, non voluntatem inculpa, cui [16] veniam [17] dabis.

**30.** O felix Bernardine, quam maximis laudibus es efferendus [1]. O vere, etas nostra, quam felix es vocanda, que excellentissimum Bernardinum virum sanctum miseratione divina celitus demissum [2] habuisti. Quare vocandus es felix, Bernardine? Ubi hec tua felicitas consistit? Certe gloriosus et felix vocandus es. Nam et [3] Deus Altissi-

— [10] horas 1. — [11] Dominum 2. — [12] per infinita secula 2; *ici se termine* 3.

**29.** — [1] apud 2. — [2] *om.* 2. — [3] (e. g.) eius *suprascript.* 1; gestis Bernardini 2. — [4] demutesco 2. — [5] ergo 2. — [6] et fratris 2. — [7] et 2. — [8] (ac s.) *om.* 2. — [9] (nescio-spiritus) sed nescio quis spiritus me 2. — [10] (t. a.) a. t. 2. — [11] Bernardi 1. — [12] et *add.* 2. — [13] nihil 2. — [14] (f. s.) et felicitatum suarum 2. — [15] abscribe 1. — [16] *om.* 2. — [17] venia 1.

**30** — [1] (es e.) e. es 2. — [2] dimissum 2. — [3] *om.* 2.

mus, a quo bona cuncta procedunt, eam tibi felicitatem donavit, quam paucissimis contulit. Quam tibi felicitatem [4] contulit? In mundo exuberantem gratiam, in celo eternam gloriam. Quam in mundo gratiam habuisti, et gloriam in celo unde arguis? De gratia dicamus primo, dehinc gloriam arguemus.

Bernardino vere collate sunt celitus dotes et virtutes excellentissime et innumerabiles, que ita patuerunt in vita ab ineunte etate usque ad senectam, ut ab omnibus mirabilis [5] atque divinus iudicaretur. Si enim probato optimo, immo divino viro simplicitas, veritas, vite integritas, rectitudo et perseverantia queritur, quem cognovimus simpliciorem Bernardino, ac perseveranter [6] in via veritatis rectius incedentem? Si austeritatem requirimus, stupenda [7] in isto ac supra vires humanas cum exactissima religiositate reperietur. Si ab homine [8] caritatem postulamus, in quo maiorem ac ferventiorem [9] erga Deum et proximum inveniemus, pro quibus igneo spiritu tanto tempore laboravit, activus [10] semper verbis et opere? Si mundanarum rerum et honoris expulsionem atque contemptum in homine [11] probato et felici laudamus, in quo magis laudabimus [12] quam in isto qui ampla in civitate nobilibus parentibus genitus, evangelicum consilium sequens, omnibus que possidebat pauperibus Christi distributis abiectisque mundanis honoribus quibuscumque, solummodo nudum Christum nudus secutus est? De prudentia vero et circumspectione quid dicam? Nonne attestatione omnium Ytalicorum populorum prudentissimus et sapientissimus habitus est? Moderantiam [13], venustatem et in adversis constantiam eius omnes quippe mirabantur. Si pietatem et humilitatem sanctimonia [14] probamus, hunc recte [15] super alios in his omnibus extollemus. Sed de mirabili doctrina eius [16] ad populorum et animarum profectum, de extirpatione heresum, de inductione virtutum devotionis, pacis et concordiarum, pro quibus tanto tempore insudavit, quid dicemus? Nil profecto aliud, sed tacebo [17]. Nam cum stupenda et miranda sint in conspectu omnium populorum [18], non possem illa sine maxima diminutione narrare. Hoc unum tantum [19] silentio pretereundum non videtur, pace ceterorum, quamdiu [20] numquam talis inventus est et longe diu, qui [21] durissima et adamantina [22] corda liquefaceret, et quocumque voluerit flecteret, et ad Dei amorem atque honorem verteret, sicut iste, adeo quod non mortalis homo sed quidam angelus Dei

— [4] (t. f.) f. t. 2. — [5] amicabilis 2. — [6] perseverantem 2. — [7] stupendam *codd.* — [8] hoc 2. — [9] (m. ac f.) f. et m. 2. — [10] ac tuus 2. — [11] hoc 2. — [12] laudabilis 2. — [13] moderantia 1. — [14] (et - sanctimonia) humilitatem, sanctimoniam 2. — [15] rete 2. — [16] Bernardini 2. — [17] (s. t.) subticebo 2. — [18] (o. p.) p. o. 2. — [19] tamen 2. — [20] quod a diu 2. — [21] quod 1. — [22] ad materna 1.

loqui videbatur, ex quo vir hic sanctus non Bernardinus, sed potius angelica tuba Dei vocandus erat.

**31.** Nec unquam terruit eum vite austeritas nec sui corporis maceratio, non predicationes continue, nec gravitas infirmitatum, quas durissimas suum sanctum corpus diuturnis temporibus patientissime toleravit. Nec terruerunt eum persecutorum[1] innumerabilia tela, quin ipse verbi Dei admirabilis predicator et sui sanctissimi nominis manifestator continuus, pugil extiterit inconcussus.

O quam mirando[2] et eterno preconio dignum est, quod apostolicam vitam sub regula serafici ducis Francisci in extrema paupertate iam fere perditam et extinctam iste vir Dei verbo et exemplo revivificavit, suscitavit et cum magna familia ampliavit, adeo quod ultra trecenta monasteria intra fines Ytalicos construxit et reformavit, Dei gratia illi opitulante. Nec in medio tot laborum et persecutionum durissimarum a conscriptione et compositione operum et librorum omni sapientia[3] fulgentium vacavit (1), ut doctrina sua approbata[4], dum viveret, posset etiam aliis posteris lucere.

Si[5] recensere vellem, pater optime, que digne recensenda forent[6] ad laudem Senensis Bernardini,

Ante diem clauso componet vesper Olympo (2).

**31.** — [1] persecutionum 2. — [2] admirandum 2. — [3] obedientia 2. — [4] comprobata 2. — [5] sed 2. — [6] (d. r. f.) recensenda sunt 2.

(1) Ces préoccupations apparaissent aussi dans une lettre inédite du saint, conservée parmi les reliques de l'église de l'Alverne, chapelle de l'Ascension :

*Reverende Pater egregieque Magister, post recommendationem. Maxima cum confidentia recurro in opportunitatibus meis ad Paternitatem Vestram, tenens indubie vos iuxta posse satisfacturos votis meis. Hinc est quod cum indigeam habere opera Petri Iohannis super Matthaeum et non possim ea habere nisi de conventu vestro, rogo, quantum valeo, operemini cum Patribus conventus ipsius, dignentur pro modico tempore commodare mihi opera ipsa et mittere mihi per fratrem Nulfum de Viterbio praesentis exhibitorem. Ego vidi dicta opera in libreria antequam combureretur. Sunt voluminis folii communis. Et quamquam sint Petri Iohannis, sunt intitolata Nicolao de Lira, et incipit :* Quattuor facies uni. *Si possibile est ut habeam, hoc erit mihi gratissimum, paratus, nedum ad similia, sed maiora vobis grata.*

*Ex loco Capriolie, die XXVII septembris 1440.*

*Vester frater* Bernardinus de Senis,
*Ordinis Minorum.*

Le *Petrus Iohannis*, dont il est question dans cette lettre, est le célèbre Pierre Jean Olivi, auteur de commentaires sur l'Évangile de S. Matthieu (Cf. Ehrle, *Petrus Ioannis Olivi*, dans Archiv für Litter. u. Kirchengesch., t. III, p. 487). — (2) Virgile, *Aeneid.*, I, 374.

Sed cum notissima sint, unico verbo concludam. Vere per longa secula *non inventus est similis illi*[7] *qui conservaret legem Excelsi* (1). Gratiam ergo exuberantissimam[8] contulit Altissimus in humanis[9] Bernardino.

Reperiuntur quam plures, quorum vita longo licet tempore laudabilis videtur[10], finis eis tamen non bonus aut saltim non probatus est. Hinc recte dicitur: felicitatis iudex[11], dies ultimus. Sed qualis in vita fuerit Bernardinus, qua longanimitate et perseverantia usque ad extremum, satis patere potest, satis testatur universa Ytalia. Qualis fuerit gloriosus suus et felicissimus finis, hoc testatur ille clementissimus et eternus Deus, cui semper et[12] in sinceritate servivit, amore cuius postergavit mundum, cui denique totis viribus totisque conatibus suis[13] adhesit.

**32.** Ecce iam probant evidentissima et stupenda miracula, iam nedum[1] apud Aquilam civitatem, ubi iam dudum[2] per mirabilem stellam ipso ibi predicante, Raynato rege ac toto populo concernente, Deus ibi[3] illum virum celestem utique stellam post mortem suam clarere debere indicavit, sed universa novit Ytalia et miracula admirantur[4]. Fecit enim Deus sua misericordia ut per illum ceci videant, claudi ambulent, leprosi mundentur, muti loquantur, surdi audiant[5], fugentur demones, pauperes evangelizentur et diversi a diversis languoribus liberentur.

Ecce iam per universum fama miraculorum et prodigiorum discurrit et volat. Iam obstructa[6] et muta facta sunt ora loquentium iniqua contra Bernardinum virum sanctum. Iam aperti sunt oculi omnibus de sua sanctimonia et probitate dubitantibus. Iam prostrati ceciderunt invidi eius persecutores et emuli[7] cum suis serpentinis et venenalibus[8] linguis detrahentes. Ecce iam dominus noster Iesus Christus triunfator clarificatus est per illum Bernardinum qui tam sedulo, tanto tempore, tam dulciter, tam ardenter Iesum Christum et sanctissimum nomen suum gentibus manifestavit et predicavit. Ecce iam vivus et defunctus dicere potest evangelicum[9] illud : *Pater, manifestavi*[10] *nomen tuum hominibus*, etc.[11] (2). Ex quibus nec ambigere possemus sicut Bernardinus, dum viveret in

— [7] *om.* 2. — [8] exuberantissima 1. — [9] (A. i. h.) i. h. A. 2. — [10] videatur 2. — [11] iudicii 2. — [12] *om.* 2. — [13] *om.* 2.

**32.** — [1] (i. n.) et ante nondum 2. — [2] (u. i. d.) *om.* 2. — [3] in 2. — [4] admiratur 2. — [5] (leprosi - audiant) muti loquantur, surdi audiant, leprosi mundentur 2. — [6] (i. e.) et inobstructa 2. — [7] (ceciderunt - emuli) sunt inimici et persecutores 2. — [8] venenatis 2. — [9] evangelium 2. — [10] manifestavit 1. — [11] *om.* 2.

(1) *Eccli.*, XLIV, 20. — (2) Ioh., XVII, 6.

humanis, exuberavit in gratia divinitus collata, sic et in celo coronetur in gloria, quam concedat et nobis qui semper est benedictus. Vale iterum atque iterum vale, pater optime, et iterum atque [12] iterum ora pro me.

**Explicit [13] compositio quedam de vita et moribus in seculari vita in celis beati patris fratris Bernardini de Senis, habita a consotiis et coetaneis et consanguineis eius hominibus, ut videtur, fide dignis, et edita per Leonardum [14] Nicholai Guidonis de Nina de Senis, ad fratrem Iohannem de Capestrano ordinis Minorum de observantia nuncupatorum citramontanorum vicarium generalem [15]. Ad laudem Dei et servi sui felicis Bernardini. Amen [13].**

— [12] (e. i. a.) atque i. et 2. — [13] (Explicit - amen) *om.* 2. — [14] Leolardum 1. — [15] (v. g.) vicario generali 1.

# BULLETIN

## DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES

---

**N. B. Les ouvrages marqués d'un astérisque ont été envoyés à la rédaction.**

1. — *E. C. Butler, O. S. B. **Hagiographica.** Extrait de The Journal of theological Studies, t. III (1901), p. 143-55.

2. — [*A. de Santi, S. I.] **Studii d'antica letteratura cristiana e patristica. Gli Atti dei martiri,** dans La Civilta Cattolica, serie XVIII, t. IV (1901), p. 328-43.

3. — *L. Helmling, O. S. B. **Hagiographischer Jahresbericht für das Jahr 1900.** Zusammenstellung aller im Jahre 1900 in deutscher Sprache erschienenen Werke, Uebersetzungen und grösserer oder wichtigerer Artikel über Heilige, Selige und Ehrwürdige. Im Vereine mit mehreren Freunden der Hagiologie herausgegeben von L. H... Mainz, Kirchheim, 1901, in-8°, 43 pp.

Nous saluons avec joie les frères d'armes qui entreprennent, dans d'autres pays, une tâche analogue à celle que nous accomplissons, selon la mesure de nos forces, par la publication de notre bulletin. En faisant connaître autour d'eux les nombreuses publications hagiographiques qui paraissent chaque année, en en signalant, avec bienveillance et franchise tout ensemble, les mérites et les défauts, en consignant les résultats obtenus par les travailleurs sérieux et en mettant en garde, quand il le faut, non seulement les lecteurs, mais les auteurs aussi dont la bonne volonté est trahie par une préparation insuffisante ou par d'autres causes de faiblesse, ils contribueront à maintenir à son niveau, là où elle prospère, l'étude solide de l'histoire des saints, et à la relever, là où c'est nécessaire.

Le R. P. Dom E. C. Butler, qui a fait brillamment ses preuves comme hagiographe, examine, dans son article, un nombre restreint de travaux, mais il les a choisis parmi les meilleurs. Il les considère à un point de vue strictement scientifique, et présente sur plusieurs d'entre eux des idées personnelles qui méritent d'être prises en considération.

Le R. P. de Santi s'occupe d'une série de publications sur les martyrs des premiers siècles. Nous avons le plaisir d'être d'accord avec lui sur plusieurs points importants, notamment dans la chaleureuse approbation qu'il donne aux travaux de Mgr Bulić et de ses amis sur certains problèmes d'hagiographie dalmate.

Un groupe de travailleurs, à la tête desquels est le R. P. L. Helmling, de la Congrégation de Beuron, s'est proposé de renseigner régulièrement les intéressés sur les publications hagiographiques en langue allemande. Chaque année, paraîtra

un bulletin. Cinq années, c'est-à-dire cinq *Jahresberichte*, formeront un volume, qui sera terminé par des tables générales. Dans ce premier numéro, après une courte préface (p. 5-6), qui explique l'économie de l'œuvre, on trouve une introduction (p. 7-16), dans laquelle le R. P. H. expose l'état de l'hagiographie populaire en 1900 et indique les principes d'après lesquels lui et ses collaborateurs apprécieront les ouvrages dont ils auront à parler. Ces principes, dans l'ensemble, nous paraissent être fort sages et refléter un esprit tout chrétien de zèle et de solide piété. Quant à l'exposé de la situation actuelle de nos études en Allemagne, il est assez pessimiste. Vient enfin (p. 17-43) le compte rendu proprement dit. Il embrasse, à peu près au complet, tous les travaux, — livres, brochures, articles de revues, — parus au cours de 1900 et qui ont été soit écrits originairement en allemand, soit traduits d'une autre langue. Chaque ouvrage est l'objet d'une appréciation générale, d'ordinaire fort courte; elle n'a pas seulement pour but de caractériser nettement l'ouvrage et de faire connaître sa valeur scientifique; dépassant ces limites, les rédacteurs du *Jahresbericht* se sont proposé, pour les nombreux livres ou opuscules publiés dans un but de vulgarisation et d'édification, de porter aussi un jugement sur leur utilité pratique et sur l'opportunité de leur apparition. En quoi ils sont visiblement guidés par une pensée de zèle pour le bien des âmes et pour l'honneur de la littérature chrétienne. On sait en effet que, dans divers pays, la surproduction des publications pieuses, hagiographiques ou non, rédigées parfois par des auteurs en qui la compétence ou la préparation laissent à désirer, a ému la vigilance de l'autorité ecclésiastique, et les évêques belges, en particulier, se sont naguère vivement préoccupés de cette question. L'expérience dira si l'initiative prise par le R. P. H. et ses compagnons produira, comme nous le souhaitons, d'heureux effets, et s'il est pratique de faire ressortir à un même tribunal deux ordres de causes si différentes.

domo causa rei familiaris abscedere. cum mater illius, factum mariti
non approbans. blandis * filium allocuta[6] sermonibus, sic illum a suo * f. 177v.
attemptabat proposito revocare. Quod cum se non posse conspiceret,
materna pietate commota. latenter vincula rupit. filioque soluto.
liberum abire permisit. At ille. veluti iam in temptatione probatus.
solito securior est effectus. et gratias omnipotenti Domino referens.
in[7] magna animi libertate ad locum, in quo prius steterat[8], est
reversus. Quod factum[9] ut domum[10] rediens pater agnovit. iratus
uxorem contumeliis lacessivit: nec adhuc cessans. animo post filium
effrenato cucurrit. Nitebatur enim ut eum saltem ab illius terre
confinio penitus elongaret. si illum a suo proposito flectere non
valeret. Cuius adventui[11] se filius liber et intrepidus offerens[12]. iam
patris furie non cedebat. ut antea fecerat; sed adhuc maiora pati pro
Christo gratanter se velle clamabat. Videns igitur[13] pater inflexibilem Cel. 14.
eius constantiam. demum ad pecuniam convertitur extorquendam:
qua, ubi vir sanctus illam proiecerat. inventa pariter et sublata. iam

— [11] liberare 2. — [12] persecutionibus 3, 4, 5. — [13] latuit 2. — [14] (e. n.) n. e. 2, 3, 4, 5. — [15] impendebant *ante corr.* 1. — [16] (t. f.) f. t. 3.

**8.** — [1] deinde 3. 4, 5. — [2] se *add.* 2. — [3] cuius 4. — [4] namque 4. — [5] (d. q.) q. d. 3. — [6] est *add.* 3. 4, 5. — [7] inde *post corr.* : in *ante corr.* 4. — [8] fecerat 3. — [9] est *add.* 3. — [10] *om.* 5. — [11] *post corr.* ; adventu *ante corr.* 1. — [12] efferens 6. — [13] ergo 4.



erga filium mitius agere cepit, quia avaritie sitis paulisper extincta furorem simul animi temperavit.

**9.** Post hec illum ad episcopum loci perduxit[1] ut ei[2] cuncta coram illo, que habuit[3], redderet, omnesque facultates suas in ipsius manibus resignaret. At ille promptus et hilaris[4] ad hoc ipsum[5], prius
Cel. 15. etiam quam postularetur, se[6] offerens, omnia, que habuit, indumenta, nec femoralibus quidem retentis, deponens, ea patri restituit, sicque omnino nudus coram omnibus remanens in mundo se exulem designavit. Episcopus vero tantum viri fervorem ammirans, nequaquam hec sine nutu divino fieri posse cognovit. Et ex tunc illi paterne caritatis affectu paratus assistere, inter[7] brachia sua collectum, pallio quo induebatur obtexit. Iam se vir Dei nudus in cruce nudato conformat, iam perfecte consilium de omnibus renuntiandis impleverat, quem a divino contuitu[8] iam nil terrenum nisi solus carnis paries separabat.

## Cap. II. **De hiis que[1] de manibus patris ereptus primum passus est et que fecit in habitu seculari et de prima[2] habitus sui mutatione[3].**

Cel. 16. **10.** Postquam ergo beatus Franciscus immanitatem[1] paterne persecutionis evaserat, accidit die quadam ut ipse nove legis[2] zelator[3] in quodam nemore seminudus incederet, et sic Domino laudes in gallica lingua decantans, subito in latrones incideret. Quibus ferali modo, quisnam esset, querentibus, nil trepidans[4] prophetice sic[5] respondit : " Preco sum magni regis. Quid ad vos? " At illi indignantes, servum Dei in foveam nivibus plenam post verbera proiecerunt, et futuro dominici gregis pastori taliter insultando[6] dixerunt : " Iace, rustice preco Dei. " Ipse[7] vero, recedentibus illis[8] nefariis, de fovea letus exiliit, et omnium Creatori laudes alacriori[9] voce personuit.

**11.** Tandem qui pretiosis uti consueverat indumentis, in sola vili camisia venit ad quoddam cenobium monachorum, ubi nimirum nec agnitus nec reputatus, cum victus[1] penuria viliter in coquina per-

**9.** — [1] *post corr.*; preduxit *ante corr.* 1. — [2] et 2, 3, 5; (ut ei) et ut 4. — [3] (c. i. q. h.) q. h. c. i. 6. — [4] et *add.* 2. — [5] episcopum 2. — [6] *om.* 4. — [7] intra 3, 5. — [8] intuitu 6.

II. **Titulus.** — [1] qui 2. — [2] prioris 2. — [3] (de hiis - mutatione) *om.* 3, 4.

**10.** — [1] inhumanitatem 3. — [2] (n. l.) l. n. 2, 3, 4, 5. — [3] et elator 6. — [4] crepidans 5. — [5] (p. s.) s. p. 5. — [6] insultantes 2, 3. — [7] ille 2. — [8] *om.* 5. — [9] (exiliit - alacriori) oris 1, 6.

**11.** — [1] convictus 6.

missus est, donec, viso quod nuditatem eius miserationis oculis nemo respiceret, post plures dies sola necessitate compulsus abiret. Postea tamen cum sanctitatis eius circumquaque fama crebresceret, prior loci, graviter ob curam tanti viri neglectam compunctus, usque ad illum dolens pervenit et humiliter ab eo pro se suisque veniam postulavit. Progressus igitur a monasterio supradicto pauperculus Iesu Christi veniensque[2] in civitatem cui nomen Eugubium, illic quendam suum, quem noverat, amicum pristinum requisivit, qui ob veterem amicitiam tunicula nuditatem illius obtexit.

**12.** Post hec humilis sui contemptor, et iam se ab hominibus[1] Cel. 17.
contempni contempnens, ad leprosos se transtulit. Quibus devotissime serviens, et eorum humiliter ulcera lavit, saniemque detergere non abhorruit. Antea tamen huiusmodi in tantum despexerat, quod non solum illos a vicino[2], sed et eorum domos e longinquo prospiciens, nares manibus obturare consueverat. * At ubi sua illum[3] Domi- * f. 178.
nus gratia visitavit, adhuc in seculari habitu constituto quidam fortuito leprosus occurrit; quo cum[4] solito more horreret aspecto[5], vim tamen sibimet faciens vicit seipsum, et constanter accedens osculatus est illum. Ex hoc itaque ad sui contemptum ferventius inardescens[6], bella sibi ipsi continua[7] cepit ingerere, donec desuper ei daretur perfectam de se victoriam obtinere. Fecit igitur, sicut ipse postmodum[8] testatus est, misericordiam cum leprosis, quos etiam[9] videre non poterat, cum adhuc viveret in peccatis. Alios vero pauperes et afflictos, cum adhuc seculo deditus esset, pio semper compassionis affectu respexit, et libentissime se pro Deo petentibus misericordie manum porrexit. Exprobrans[10] autem preter morem quadam vice[11] pauperi, se pro[12] Deo roganti, mox super hoc compunctus gravissime doluit, et nimis arbitrabatur[13] indignum denegare quicquam pro tanti Regis nomine postulanti. Itaque[14] ex hoc a se pro[15] Deo pauperibus aliquid petituris statuit repulsam non facere; quod et pro posse suo sollicite studuit adimplere[16]. Quo autem post[17] conversionem erga pauperes compassionis spiritu moveretur, etsi satis perpendi valeat ex presenti, postmodum tamen aliquantulum plenius exprimetur[18].

**13.** Verum, cum vir[1] sanctus adhuc[2] que sibi ventura forent Cel. 18.
penitus ignoraret, primam post hec inter alia que fecit operam[3] pietatis impendit, ut ecclesiam Sancti Damiani, apud quam primitus moram fecerat, resarciret. Quod utique opus, sicut imminentis ruine

— [2] veniens 3.

**12.** — [1] omnibus 2, 3. — [2] vicinio 2; vicio 4. — [3] eum 3. — [4] *post corr.*, et *ante corr.* 1; etsi 2, 4. 5. — [5] aspectu 2. — [6] ardescens 3, 5. — [7] continuo 3, 6. — [8] de se *add.* 3, 6. — [9] et 3. — [10] exprobans 5. — [11] die 5. — [12] in 5. — [13] arbitratus 2, 3. — [14] ita 2, 3. — [15] *om.* 5. — [16] custodire 3. — [17] *om.* 5. — [18] exponetur 3.

**13.** — [1] *om.* 3, 5. — [2] adhec 4. — [3] opera 5.

necessitati[4] compassus incepit, sic et in brevi, Domino cooperante, complevit. Hic est ille locus celebri memoria dignus, in quo illa tantarum virtutum plenitudine predita[5], pauperum videlicet dominarum virginumque sanctarum religio, ab eodem sancto viro quasi post sextum sue conversionis annum felix exordium sumpsit; quam non modice perfectionis prerogativa laudabilem hodie Dominus per diversas Italie partes magnifice dilatavit[6] (1).

Cel. 21. **14.** Interea Dei servus, habitum mutans, ad alium non longe ab Assisio locum migravit, ubi et quandam ecclesiam[1] similiter ruinosam reedificare incipiens, donec ceptum perficeret, non cessavit. Post hec ad locum tertium, qui Portiuncula dicitur, haud longe a[2] predicta civitate se transtulit, ubi quondam[3] ecclesia fuerat in honore gloriosissime Genitricis Dei Marie constructa, sed tunc desolata pariter et[4] evulsa. Cuius[5] ruine misertus, sed et devotione quam in beata Virgine specialiter habebat inductus, ibidem assiduus[6] morabatur, donec annus conversionis sue[7] tertius, reparata iam dicta ecclesia, volvebatur (2). Non hoc, arbitror, absque dignioris rei mysterio[8] gestum, quod videlicet iste sanctus tres ecclesias supradictas erexit. At[9] illud nimirum nutu Dei previo per hoc existimo figuratum, quod et ipse vir[10] simplex mirabiliter adimplevit, qui tres celebres ordines, de quibus suo loco vel breviter tangendum est (3), inchoans, ipsos ad perfectionis statum vita verboque provexit.

Cap. III. **Qualiter evangelicam perfectionem aggrediens habitum secundo[1] mutavit, predicavit et socios fratres habere cepit[2], et quomodo sui et illorum exitum precognovit, binos per mundum divisit et iterum congregare optinuit[3].**

Cel. 21. **15.** Beatus itaque[1] Franciscus trium, ut dictum est, ecclesiarum opere consummato, habitum adhuc heremiticum tunc temporis[2] habuit, baculumque manu gestans, pedibus calciatis, et corrigia
Cel. 22. cinctus incessit. Audiens autem die[3] quadam inter missarum solempnia ea que Christus in Evangelio missis ad predicandum discipulis loquitur, ne videlicet aurum vel argentum possideant, ne[4]

— [4] necessitate 3, 4. — [5] predicta 3. — [6] ditavit 6.

**14.** — [1] (q. e.) e. q. 4. — [2] ab 1. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 6. — [5] et *add.* 4. — [6] assidue 3. — [7] *om.* 3. — [8] mysterium 5. — [9] ac 2. — [10] *om.* 3, 4.

III. **Titulus.** — [1] *om.* 2. — [2] (h. c.) c. h. 2. — [3] (binos - optinuit) *om.* 2; (qualiter-optinuit) *om.* 3, 4, 6.

**15.** — [1] *om.* 2. — [2] *om.* 3. — [3] *om.* 2. — [4] nec 1, 6.

(1) Ce dernier détail ne se lit pas chez Celano. — (2) Le rapprochement qui suit appartient en propre à Julien de Spire. — (3) Cf. plus bas, n. 23.

peram in via vel sacculum, ne virgam vel panem portent[5], ne calciamenta vel duas tunicas habeant; intelligensque hec eadem postmodum plenius ab ipso presbytero, indicibili[6] gaudio mox repletus : " Hoc, inquit, est quod quero, hoc est quod totis precordiis concupisco! " Igitur cunctis, que audierat, tenaci memorie commendatis, letanter hiis adimplendis[7] innititur, duplicibusque[8] sine mora depositis, ex hoc iam virga, calciamentis[9], sacculoque vel * pera non utitur. Fecit proinde tunicam plurimum contemptibilem et incultam, reiectaque corrigia, funiculo cinxit illam. * f. 178v.

**16.** Omnem[1] quoque[2] sollicitudinem cordis apponens qualiter auditus nove gratie verba perficeret, cepit instinctu divino evangelice perfectionis annuntiator existere; cepit penitentie[3] in publicum simpliciter verba[4] proponere. Erant autem ipsius eloquia non inania, nec risu digna, erant virtute sancti Spiritus[5] plena, erant medullas cordis penetrantia et in vehementem audientes stuporem provocantia. Sed et, sicuti[6] postmodum ipse testatus est quod huiusmodi[7] salutationem, Domino revelante, didicerat, ut diceret : " Dominus det tibi pacem ", sic in omni predicatione sua pacem annuntians, populum in sermonis exordio salutabat. Subito ergo[8] spiritu prophetarum perfusus, iuxta sermonem propheticum annunciabat pacem, predicabat salutem; factumque est ut salutaribus monitis federaret plurimos vere paci, qui discordes a Christo prius[9] exstiterant a salute longinqui[10]. Cel. 23.

**17.** Innotescente igitur apud multos beati Francisci tam doctrine simplicis veritate quam vite, ceperunt post modicum viri quidam ipsius exemplo ad penitentiam animari[1] et eidem, relictis omnibus, habitu vitaque conjungi. Ut autem novis filiis sancti iam merita remunerari[2] ceperunt, cepit et amplius ipse nova spiritus[3] consolatione repleri, cepit et illorum diligentius invigilare saluti. Hinc paterno eos affectu demulcens et fovens, novis non destitit monitis informare, docens ipsos sancte paupertatis et vere simplicitatis viam indeclinabiliter ambulare. Iam sex fratrum septimus ipse (1) pater iocunda societate gaudebat, qui inter minores in omnibus non ut maior, sed ut minimus se gerebat, cum adhuc sui suorumque processus[4] prorsus ignorans, scire pusilli gregis exitum vehementer optabat. Cel. 26.

— [5] portant 4. — [6] indiciali 3. — [7] ad implendum 2, 3. — [8] duplicibus 1, 6. — [9] calceamentis 2, 3, 4.

**16.** — [1] omnemque 2. — [2] *om.* 2; ergo 3. — [3] *om.* 3. — [4] (s. v.) v. s. 5. — [5] (s. sp.) sp. s. 4. — [6] sicut 2, 3. — [7] huius 4. — [8] igitur 2. — [9] (a C. p.) p. a C. 3. — [10] loginqui 4.

**17.** — [1] annunciari 3. — [2] renunciari 5. — [3] spiritali 3. — [4] processum 2, 3, 4, 5.

(1) Ce détail est emprunté à la fin de Cel. 25.

**18.** Cum ergo se quadam die[1] devotius, uti consueverat, orationi dedisset, et super impensis sibi divinitus beneficiis gratias agens annosque male transactos in amaritudine anime sue recogitans, Domino tremebundus assisteret, cepit passim menti ipsius mira quedam[2] suavitas et leticia superfundi[3], in tantum ut etiam a seipso deficeret; donec tandem de peccatis concreta caligo penitus fugaretur, sibique usque ad quadrantem novissimum remissionis debiti culparum certitudo daretur. Dehinc supra se raptus et in quadam mirandi luminis claritate totus absorptus est; ubi dilatato mentis sinu, certificari de his que desideraverat meruit, et ex omni natione suorum multiplicationem luculente[4] prospexit. Non solum autem hec,
Cel. 27. sed et alia plura de futuris archana contemplans, tandem ad se[5] reversus cuncta per ordinem fratribus enarravit, spirituque nimirum totaliter innovatus, nec de ipsorum[6], nec de sua eos simplicitate diffidere monuit; sed veluti usque[7] ad fines orbis multipliciter dilatandos in Domino confortavit.

Cel. 29. **19.** Eo tempore appositus est eis quidam vir alius, et sic octonarius ipsorum completus[1] est numerus. Tunc sanctus ad se convocans[2] universos et ad mittendum in diversas mundi partes binos binosque confederans, plura illis de regno Dei, de mundi suique contemptu dulciter et intente proposuit, et inter alia precipue de patientia et humilitate precepit. Gaudet igitur grex[3] humilis ad vocem pastoris, et ad recipiendum salutaris obedientie[4] mandatum gratanter obtemperans, ad pedes eius humiliter se provolvit. Quos ipse pastor benignissimus erigens et affectuose[5] veluti[6] filios mater amplectens, singulos ad oscula suscepit[7], singulos illo prophetico sermone communit : *Iacta cogitatum*[8] *tuum in Domino; et ipse te enutriet* (1), hoc verbum frequenter, quoscumque[9] mittebat, pronuncians. Sic[10] omnem fratrum sollicitudinem in Deum dirigere voluit, sic erroneam illis[11] et interminam cupiditatis viam precludere[12] procuravit[13], sic et in zonis
* f. 179. es pro crastino cor prorsus * a curis extraneum non providit.

Cel. 30. **20.** Igitur sex illorum binis in diversas regiones ad pacem cum penitentia nunciandam divisis, ipse quoque in aliam mundi[1] partem, uno secum[2] retento, secessit. Sed paternus affectus absentiam nove prolis non sustinens prorogari, cepit ad videndum eos non multo post affici desiderio vehementi. Quesivit ergo, ad optinendum quod concu-

**18.** — [1] devotus *add.* 3. — [2] *om.* 3. — [3] perfundi 3. — [4] luculentam 4. — [5] (ad se) ose 5. — [6] illorum 4. — [7] *om.* 4.

**19.** — [1] impletus 3. — [2] (s. ad se c.) cans 3. — [3] plebs 1, 6. — [4] (s. o.) salutans obedire 5. — [5] afflictuose 4. — [6] velut 3. — [7] recipit 2; suscipit 3, 4, 5. — [8] iactatum 5. — [9] quotiescumque 3. — [10] *om.* 3. — [11] illic 2. — [12] preclaudere 5. — [13] *om.* 3.

**20.** — [1] *om.* 2. — [2] tantum 4.

(1) *Psalm.* 54, 23.

pierat, orationis consuete refugium ; et sic a Domino meruit exaudiri, ut in brevi omnes improvise et mirabiliter congregarentur in unum. Quibus taliter adunatis[3], non mirum si pius[4] pater iocundabatur[5] in filiis. Congratulabantur quoque filii gaudio patris, mirantesque pariter et letantes glorificabant unanimiter magnificentiam Salvatoris. Referebat ille quo ordine[6] desiderium suum Dominus adimpleverat; illique[7] beneficia sibi divinitus impensa narrabant, et humiliter de omnibus semetipsos ingratitudine[8] arguebant. Factum est autem post hec ut eidem pusillo gregi quatuor alii viri idonei iungerentur (1), ut[9] sic duodenarius[10] fratrum numerus impleretur[11]. Cel. 31. Cepit itaque sancti viri suorumque iam[12] latius fama diffundi ; sed et[13], quo[14] super peccatorum conversione sine personarum acceptione gaudebant, illorum[15] in Domino cotidie gaudium augmentari[16].

Cap. IV. **Qualiter a papa[1] regulam et predicandi auctoritatem accepit ; in solitudine refectus est ; perpetuo pauper esse et[2] proximis proficere statuit, et quam[3] districta se et suos[4] vigilantia custodivit[5].**

**21.** Cernens igitur[1] beatus Franciscus passim accrescere numerum fratrum, plenius illis exposuit cordis sui propositum, nec non et divine revelationis archanum. Brevi ergo[2] regulam sermone conscripsit, Cel. 32. interpositis in illa sacris Evangelii verbis, ad cuius perfectionem, quantum poterat, anhelavit. Desiderans autem que scripserat a summo pontifice confirmari, undecim, quos habuit[3] secum, fratres assumpsit et[4] Romam cum illis duodecimus ipse perrexit. Quo perveniens, ad quendam ex ipsis[5] cardinalibus, virum probatum et discretum, accessit, eique[6] per ordinem adventus sui causam plenius explanavit. Qui[7], diligenter audito pauperum Christi[8] negotio, etsi Cel. 33. propositum tam laudabile non immerito commendaret, in primis tamen illi suggessit ut ad vitam heremiticam sive monasticam se transferret. Sed famuli[9] Christi constantia[10] cepto perseveranter insistens, persuasiones huiusmodi, quanto poterat humilius, non admisit. Qui et[11] usque adeo tandem Domino[12] cooperante prevaluit.

— [3] et *add.* 4. — [4] ipsius 4. — [5] iocundatur 3. — [6] (q. o.) quomodo 5. — [7] illi quoque 2, 3, 4, 5. — [8] ingratitudinis 2, 3, 4, 5. — [9] et 4, 5. — [10] duoderius 5. — [11] impletur 2. — [12] *om.* 5. — [13] illorum *add.* 2. — [14] quomodo 5. — [15] *om.* 2. — [16] augmentat 2.

IV. **Titulus.** — [1] recepit *add.* 6. — [2] *om.* 5. — [3] *om.* 5. — [4] (et s.) suosque. 5. — [5] (et predicandi - custodivit) *om.* 6; (qualiter - custodivit) *om.* 3, 4.

**21.** — [1] ergo 3. — [2] igitur 2. — [3] habebat 3. — [4] sic *add.* 3. — [5] episcopis 2, 3, 4, 5. — [6] ei 6. — [7] quibus 6. — [8] (p. C.) C. p. 2. — [9] famulus 3. — [10] *om.* 3. — [11] huc 2. — [12] (t. D.) *om.* 4.

(1) Ce dernier trait manque sous cette forme chez Celano.

donec, eodem episcopo fideliter procurante, ad summi Pontificis audientiam res pervenit. Concomitabatur quoque beatum virum divina providentia in omnibus que agebat, et securum per crebras revelationes visionesque reddebat. Vidit etiam[13] tunc temporis visionem[14], suo domini pape consensum proposito pollicentem, quamdam videlicet arborem magnam mireque proceritatis, cuius ipse cacumen manibus leviter ad terram usque[15] deflexit. Quod utique rei exitus evidenter postmodum comprobavit, dum se[16] ad condescendendum viro pauperi vir excellentissimus et magnanimus, dominus videlicet[17] Innocentius papa tercius, qui tunc Ecclesie preerat, inclinavit[18].

**22**. Dans igitur duodenario fratrum[1] pium summus Pontifex de regula confirmanda consensum, dans et eisdem de penitentia predicanda mandatum, cum gaudio illos, data benedictione, dimisit[2]. Sed et eisdem ampliora adhuc[3] multiplicatis in posterum compromisit. (Cel. 34.) Beatus igitur Franciscus magnum non immerito reputans tanta se[4] a Christi vicario beneficia consecutum, divine super omnibus clementie gratias egit; et visitatis principis apostolorum liminibus et oratione completa[5], gaudenter cum suis ab Urbe recessit. Movebat[6] eum protinus[7] dati ratio, ne forsitan remaneret ingratus, piaque cum fratribus incepit tractare consilia, qualiter in observando regulam (* f. 179v.) primum in semetipsis * per virtutum incrementa proficerent; adhuc qualiter edificando proximos, in mna[8] sibi credita Domino fenerarent. Hec et hiis similia pie conferentibus illis accidit ut in[9] quendam locum desertum, iam hora diei progrediente, venirent, ubi humano destituti videbantur auxilio, cum refectione corporis pre[10] labore itineris indigerent. Sed pauperibus suis providentia divina[11] non defuit, que mirabiliter illis panem per quendam inopinate venientem et subito disparentem porrexit[12]. Comedentes itaque pariter et mirantes, gratias Domino retulerunt; et non modicum confortati, in cepto itinere processerunt. Venerunt ergo ad locum quendam solitarium prope civitatem Ortensem[13], ubi quibusdam eorum in eadem civitate mendicantibus, in magna necessariorum penuria fere per dies quadraginta[14] (1) manserunt, ibique[15] cum ingenti gaudio sancte[16] paupertatis initia renovantes, pacto illam perpetuo firmaverunt.

— [13] et 2. — [14] visiones 5. — [15] (a. t. u.) u. a. t. 4. — [16] *om.* 2. — [17] videlis 2. — [18] (quod utique - inclinavit) *om.* 3.

**22.** — [1] *om.* 2. — [2] *om.* 2. — [3] (ampliora adhuc) adhuc maiora 2; adhuc ampliora 3, 4, 5. — [4] (t. s.) s. t. 3. — [5] (et o. c.) *om.* 3. — [6] monebat 5. — [7] (e. p.) p. e. 2, 3, 4, 5. — [8] (i. m.) in iniuria 1, 6; innumera 2; in tima 5; *om.* 3. — [9] *om.* 2, 3. — [10] pro 3. — [11] (p. d.) d. p. 3. — [12] (sed - porrexit) *om.* 2. — [13] artensem 2. — [14] (d. q.) q. d. 2. — [15] ubique 1, 6. — [16] *om.* 2; inesse 4.

(1) Quinze jours, d'après Cel. 34.

**23.** Post hec vallem Spoletanam intrantes, pium nove[1] iustitie Cel. 35. zelatores habuere tractatum, utrum in locis solitariis an potius inter homines foret illis morandum. At vero[2] sanctus vir[3] Dei[4] veluti de sua diffisus[5] industria, devotis orationum studiis negotia cuncta preveniens, ibi quid ageret infallibiliter didicit, zeloque ductus divino, proximorum lucris intendere quam sibi soli vivere preelegit[6]. Tunc sanctus Franciscus in Domino confortatus, ex auctoritate Cel. 36. apostolica fiducialius[7] agere cepit, et per civitates villasque et castella circuiens, penitentiam constantissime predicavit. Curabat precipue semetipsum irreprehensibilem in omnibus exhibere, ne veritatem cogeretur verbis adulatoriis palliare. Mirabantur viri litterati eius, quem non homo[8] docuerat, verborum virtutem, videntes ad ipsum nobiles et ignobiles[9], divites et egenos[10], turmatim[11] Cel. 37. confluere, eique, veluti novo sideri in tenebris orienti, sollerter intendere. Omni namque ordini, conditioni, etati et sexui congruenter documenta salutis impendit. Omnibus vivendi regulam tribuit, cuius hodie felicem ducatum in utroque sexu sequentium triumphare se gaudet Ecclesia, triplici militia salvandorum. Tres enim, ut supra tetigimus, ordines ordinavit; quorum primum ipse professione simul Cel. 38. et habitu super omnes excellentissime tenuit, quem et *Ordinem Fratrum Minorum,* sicut in Regula scripserat, appellavit. Secundus etiam, qui supra memoratus est (1), *Pauperum Dominarum* et virginum felix ab eo sumpsit exordium. Tertius quoque non mediocris[12] perfectionis *Ordo Poenitentium* dicitur, qui clericis et laicis, virginibus[13] continentibus coniugatisque communis, sexum salubriter utrumque complectitur (2).

**24.** Verum qualiter ipse beatus Franciscus Ordinem[1] Fratrum Minorum in omni virtutum culmine magnifice supererogando servaverit, qualiterve[2] ad omnia, que sunt vere religionis, suos fratres et filios informaverit, quis enarrare per singula poterit? Nam in omnibus, que perfecta[3] sunt, doctrine[4] Spiritus sancti gratia sufficienter instructus, omnem in semetipso perfectionem voluit experientia Cel. 41. teste cognoscere: et sic fratres[5] omnia primum factis edocuit, que et[6] postmodum ipsos frequentia melliflui sermonis ammonuit.

Qualiter autem et fratres, sub tanto duce personaliter militantes, ad illius exemplum et doctrinam[7] in omni perfectione profecerint[8],

**23.** — [1] novi 2, 5. — [2] *om.* 2. — [3] (s. v.) v. s. 2. — [4] *om.* 3. — [5] diffidens 3. — [6] intendit 3. — [7] fidicialius 1, 6. — [8] (n. h.) h. n. 3. — [9] et *add.* 4. — [10] (d. et e.) *om.* 2. — [11] turbatim 2, 3. — [12] immediocris 3. — [13] et *add.* 3, 4.

**24.** — [1] *om.* 2. — [2] qualiter vere 2; qualiterque 3; qualiter 4. — [3] facta 3. — [4] doctrice 4, 5. — [5] per *add.* 2. — [6] *om.* 4, 5. — [7] documenta 3. — [8] profecerunt 4, 6.

(1) N. 13. — (2) Cette désignation précise du Tiers-Ordre ne se rencontre pas chez Celano.



potius arbitror subticendum, quam diminute etiam cum sermonis Cel. 42. prolixitate [9] dicendum (1). Summa namque vigilantia vir beatus super suam suorumque custodiam stabat; summa continue diligentia precavebat, ne non solum forsitan [10] aliquem manifestum peccati paterentur [11] incursum, verum etiam [12] ne qua latens cogitatio germinaret Cel. 43. in vitium; sed et ne quis sub virtutis specie vel necessitatis occasione se dolus ingereret, aut per incautas exteriorum sensuum aperturas ad interiorem forsitan hominem mors intraret. Non est passus in se * f. 180. vel in aliis, ut quidquam * disciplina plectendum [13] impune transiret, Cel. 42. ne forte remissa manus negligentie torporem [14] induceret. Tantum quippe in seipso iustitie rigorem exercuit, quod, si quando, ut assolet, temptatio carnis surreperet [15], hyemali tempore in locum glacie vel nivibus plenum usque ad illiciti motus abscessum se mergeret.

**25**. Provocabantur quoque [1] fratres alii similia [2] facere, videntes Cel. 43. illum sub tanta se districtione [3] tenere. Tanto itaque [4], ut dictum est, vir Dei non solum carnis incentiva rigore repressit, verum etiam corporis sensus, ne quicquam vanitatis haurirent summe cautele repagulis obfirmavit. Nam, cum [5] moram in loco qui dicitur Rigustortus prope Assisium faceret, accidit ut Rome coronandus imperator Otto [6] cum magno illac [7] comitatu et pompa transiret. Beatus vero Franciscus cum secus viam cum suis fratribus moraretur, ad videndum imperatorem nec ipse, nec aliquis suorum egredi saltem vel aspicere de tugurio [8] voluit, preter unum solum ex ipsis, cui huiusmodi gloriam modicum duraturam, eidem imperatori [9] constanter nunciare precepit.

Cel. 42. **26**. Recollegerat enim [1] se verissimus ille paupertatis zelator cum fratribus suis in quoddam prėdicti loci domicilium derelictum [2], ut ibidem se utcumque [3] ab estu pluviaque defenderent [4]. Quod videlicet adeo strictum [5] fuit, ut etiam commode in illo [6] requiescere non vale- Cel. 43. rent. Sed tamen [7] loci angustia cordis latitudinem non artavit, quin [8] ibidem letanter in summa penuria viverent et in continua gratiarum Cel. 44. actione et laude persisterent. Scribebat quoque vir sanctus per tigna domuncule nomina fratrum, ne quis alterum quiescere vel orare volentem inquietare vel modicum posset, sed locum sibi deputatum

— [9] pluralitate 3. — [10] alium 2. — [11] pateretur 3. — [12] et 4. — [13] plectens 2. — [14] corporem 6. — [15] *ante corr.*; surriperet *post corr.* 1.

**25**. — [1] *om.* 5. — [2] similiter 2, 3. — [3] distinctione 1, 6. — [4] quippe 2, 3. — [5] *Hic desinit* 5. — [6] Octo 4, 6; *om.* 3, 5. — [7] *om.* 4. — [8] (d. t.) *om.* 4. — [9] (m. d. e. i.) e. i. m. d. 2.

**26**. — [1] autem 3, 4. — [2] (quoddam - derelictum) quodam p. l. domicilio derelicto 3. — [3] utrumque 2. — [4] deferent 6. — [5] factum 2. — [6] alio 2. — [7] tum 2. — [8] quum 2.

(1) Voir, à ce sujet, les développements de Cel. 39-41.

unusquisque cognosceret [9]. Quadam vero die vir quidam cum asino venit ad locum et ad umbram fortasse querendam. Volens introire tugurium, ut sine repulsa liberius intraret, allocutus est asinum : " Ingredere; quia loco huic [10] bene faciemus adhuc. „ Sed homo Dei verbum viri et intentionem graviter ferens qui videlicet eos illic pro domibus edificandis et dilatando vel appropriando [11] sibi locello credidit adunatos, domicilium mox reliquit, et ad locum, qui Portiuncula [12] dicitur, ubi gloriose Virginis ecclesiam reedificaverat, transmigravit [13].

Cap. V. **Qualiter fratres orare, que [1] etiam credere docuit et servare; de obedientia et simplicitate fratrum et de consolationibus quas habuerunt per ipsum, et de ipsius transfiguratione et spiritu prophetico [2].**

**27.** Rogatus a fratribus eo tempore beatus Franciscus ut eos orare doceret, simpliciter illis huiusmodi formam tradidit dicens : " Cum orabitis, dicite [1] : *Pater noster,* et *Adoramus te, Domine Iesu „ Christe, ad omnes ecclesias tuas, que sunt in toto mundo, et benedici- „ mus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.* „ Quod ipsi fratres humiliter exequentes et verbum simplex [2] pro mandato obedientie reputantes, se [3] etiam ad ecclesias quas e longinquo prospicere poterant inclinabant, et proni in terra [4], prout instructi fuerant, adorabant. Fratres quoque, tunc sacerdotes Ordinis non habentes, confitebantur secularibus sacerdotibus, indifferenter bonis et malis (1) : nec [5] peccatum in aliquo considerabant, sed ad exemplum et doctrinam sancti patris maximam omnibus reverentiam exhibebant.

Cel. 45.

Cel. 46.

**28.** Hoc enim ipse vir catholicus et totus apostolicus (2) in predicatione sua principaliter monuit, ut Romane Ecclesie fides inviolabiliter servaretur, et ob dominici sacramenti, quod ministerio sacerdotum conficitur, dignitatem, in summa sacerdotalis ordo reverentia teneretur. Sed et divine legis doctores et omnes ecclesiasticos ordines docebat summopere reverendos (3). Erat autem tanta fratrum simpli-

Cel. 62. fin.

Cel. 46.

— [9] (scribebat - cognosceret) *om.* 2. — [10] (l. h.) h. l. 3, 4. — [11] appropiando 1, 6. — [12] Prociuncula 1, 6. — [13] transmeavit 4.

V. **Titulus.** — [1] quin 2. — [2] (et de ipsius - prophetico) *om.* 2; (qualiter - prophetico) *om.* 3, 4, 6.

**27.** — [1] dicetis *post corr.*, dicitis *ante corr.* 4. — [2] simpliciter 2, 3. — [3] sed 1, 4, 6. — [4] terram 2, 3. — [5] non *add.* 4.

(1) Le langage de Cel. 46 n'est pas aussi absolu. — (2) Expression consacrée dans le symbole : *Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam.* — (3) Cf. le Testament de S. François.

citas, quod, cum quidam sacerdos, qui non ignorabatur infamis, uni e[1] fratribus diceret : " Vide, ne sis ypocrita ", ipse frater se esse ypocritam certissime crederet, eo quod sacerdotem mentiri non posse putaret. Cumque diu super hoc dictus frater gravissime turba- *f. 180v. retur, ad sancti patris * ignitum eloquium, quo frequenter omne nubilum a fratrum cordibus fugabatur, tandem consolationem recepit, qui verbum sacerdotis et intentionem sagaciter excusavit.

Cel. 47. **29.** Crebris quoque revelationibus fratrum simplicitas consolabatur tunc temporis, quas utique meruerunt recipere[1] ex presentia tanti patris[2]. Nam cum nocte quadam se beatus Franciscus a fratribus[3] absentasset, ecce circa mediam noctis horam, quibusdam fratrum[4] quiescentibus, aliis autem orantibus, currus[5] igneus per ostiolum domus introiens, huc illucque per domunculam pluries se convertit, super quem globus non modicus[6] speciem solis habens, ipsas quoque sua[7] claritate[8] noctis tenebras effugavit. Convenientibus ergo cunctis, et invicem quid hoc esset cum magno stupore querentibus, celebri memoria digna res accidit, quod videlicet[9] ex virtute mirandi[10] luminis alterius alteri conscientia nuda fuit. Intellexerunt igitur hanc animam esse patris sanctissimi, quam ob precipuam sui puritatem in filiorum solatium ipse sic meruerat transfiguratam ostendi. Vere hic[11] sanctus triplicis militie, de qua supra dictum est, currus et auriga digne dici[12] promeruit[13] (1), qui in solari specie quadriga vectus ignea, adhuc vivens in carne mortali prerogativam Cel. 48. transfigurationis obtinuit. Reversus itaque corporaliter ad fratres suos vir Dei, cepit conscientiarum illorum subtiliter archana rimari, que et ipsum non latere fuerant crebro non inexperti. O res utique nostris temporibus stuporis et gaudii plena, infirmum scilicet hominem alienarum mentium diiudicare secreta. Multis namque cordium suorum[14] occulta vir iste gloriosus aperuit[15]; absentium quoque fratrum multotiens acta cognovit; aliis quidem in sompnis, ne hoc vel hoc facerent, prohibens; aliis autem istud vel[16] illud agendum[17] precipiens[18].

**30.** Multorum[1] etiam, qui boni in facie videbantur, mala dampnabilia previdens nunciavit; sed et eorum, qui mali, dona gratiarum futura predixit. Vere duplex in ipso prophetarum[2] spiritus requievit,

**28.** — [1] ex 2, 3.
**29.** — [1] (m. r.) r. m. 2, 3, 4. — [2] transi *add. in marg.* 1. — [3] (a f.) *om.* 3. — [4] fratribus 2, 3, 4. — [5] currens 6. — [6] mediocris 2, 3. — [7] *om.* 1, 6. — [8] (s. c.) c. s. 2. — [9] *om.* 4; *sed adest spatium.* — [10] mundi 3. — [11] est *add.* 3. — [12] duci 4. — [13] meruit 3. — [14] et *add.* 6. — [15] *post corr.*; apparuit *ante corr.* 4. — [16] aut 1. — [17] aliis 6. — [18] incipe *add. in marg.* 1.
**30.** — [1] *post corr.*!; multarum *ante corr.* 4. — [2] (in i. p.) p. in i. 2.

(1) Réflexion omise chez Celano.

qui et tantis, ut in parte patebit, in vita miraculis claruit, et de futuris, quorum pauca prosequimur, tanta previdit. Sepius quoque fratribus suis vir Dei solatia gaudii spiritualis impendit, quibus ipse corpore quidem absens, sed spiritu presens fuit. Referam breviter unum de multis. Nam tempore quodam, fratre Iohanne de Florentia capitulum in Provincia celebrante, ubi a beato Francisco minister fuerat constitutus, intererat[3] eidem capitulo venerabilis ille frater, qui nunc sanctus et gloriosus Christi confessor[4], Antonius. Ubi dum sanctus iste, in exponendis divinarum paginarum eloquiis sapientie spiritu plenus, super hac materia *Iesus Nazarenus rex Iudeorum* fratribus adunatis verbum exhortationis affectuose proponeret, frater quidam, Monaldus nomine, sacerdos, vir simplex et multarum virtutum[5] ornatu preclarus, faciem suam ad ostium domus convertit, viditque corporeis[6] oculis qualiter beatus Franciscus in aere sublevatus, veluti[7] manibus in cruce protensis[8], fratres qui aderant benedixit. Tantumque subito singulis et universis gaudium spiritus est infusum, ut, quod[9] idem[10] sacerdos postea de ipsa[11] visione narrabat, cunctis mirantibus, ipsa faceret experientia fide[12] dignum.

**31.** Qualiter autem alienorum cordium sepius occulta pandebat[1], Cel. 49.
unum de plurimis enarrare sufficiat. Frater quidam[2], Richerius nomine, tam moribus quam genere nobilis, in tantum[3] de beati Francisci meritis presumebat ut divinam profecto mereri gratiam crederet, si quis ipsius sancti dono benevolentie potiretur, aut, si quis illa careret, Dei nichilominus iracundiam mereretur[4]. Cumque ad obtinendum familiaritatis ipsius[5] beneficium vehementius[6] aspiraret, timuit valde ne quid in ipso vitii vir sanctus occulte forsitan deprehenderet, cuius occasione se ab illius gratia magis[7] elongari contingeret. Igitur huiusmodi timore *iam dictum fratrem continue *f. 181.
et graviter affligente, nec illo cogitationem suam cuiquam hominum revelante, Cel. 50.
accidit ipsum die quadam solito more turbatum ad cellulam, in qua beatus[8] Franciscus orabat, accedere. Cuius adventum simul et[9] animum vir Dei cognovit, et benigne ad se vocato sic ait : « Nullus te timor de cetero, nulla te, fili[10], conturbet temptatio, „ quoniam carissimus mihi es et inter precipue caros speciali cari- „ tate te diligo. Securus ad me, cum tibi placuerit, venias, et a me „ libere pro tua voluntate recedas. „ Obstupuit non modicum et

— [3] intereat 1. — [4] extat *add.* 3. — [5] *om.* 3. — [6] corporeisque 6; *item ante corr.* 1. — [7] velut 3. — [8] apparuit ac *add.* 2. — [9] *om.* 4. — [10] eidem 2. — [11] eadem 3, 4. — [12] *om.* 3.

**31.** — [1] pendebat 6. — [2] quidem 6. — [3] *post corr. in marg.*; tanti *ante corr.* 4.— [4] meretur 2. — [5] illius 4. — [6] vehementer 3. — [7] se *add.* 1, 6. — [8] sanctus 2, 3, 4. — [9] *post corr.*, ad *ante corr.* 1; ac 6. — [10] frater 4.



letatus est frater in sermonibus sancti patris, et deinceps de ipsius dilectione securus, crevit etiam [11], sicut crediderat, in gratia Salvatoris.

CAP. VI. **De [1] paupertatis custodia et abstinentia et vite illius mirando [2] rigore, et qualiter laudem [3] hominum fugiens se vilissimum voluit reputari [4].**

Cel. 51. **32.** Sanctus [1] Christi confessor Franciscus omni studio precavebat ne, sancte summeque paupertatis metas transiliens, ad [2] superflua quoquo modo deflueret [3], ita ut magis semper ad indigentiam quam ad habundantem [4] sufficientiam vel excessum [5] declinans usque ad maxime necessitatis exigentiam, vix vasculum saltem [6] in domo relinqueret. Quid de cibariis delicatis aut vini potu, quidve [7] de aliorum etiam [8] vilium superfluitate dicamus, cum et [9] rarissime coctis utens, ea cineribus vel aqua frigida commisceret, et de ipsa sufficienter aqua non biberet? Difficillimum enim asserebat necessitati satisfacere et voluptati non obedire. Sepius quoque, cum penitentiam predicans circuiret et invitatus refectionem in domibus secularium [10] sumeret, visus quidem comedere carnes, ad os manum ducebat, sed tantum propter Evangelii verbum, quo [11] dicitur : „ *Edentes et bibentes, que apud illos sunt* (1). „ minimum [12] quid [13]
Cel. 52. perraro degustans, reliquas [14] in sinum subtili cautela mittebat. Nuda humus dormire coacto [15], tunicula tantum interposita, lectus erat; et sepius sedens, non [16] iacens, inclinato ad lignum vel [17] lapidem capite, dormitabat [18]. Accidit quoque [19] ut, infirmitatis necessitate de pullo quadam vice manducans, viribus postmodum utcumque [20] resumptis, cuidam fratrum [21] districte preciperet ut, collo ipsius fune ligato, eum tamquam latronem per medium civitatis Assisii duceret et preconia nichilominus voce clamaret : „ Ecce, videte glutonem, qui se gallinarum carnibus impinguavit, quas secreto, vobis ignorantibus, manducavit. „ Factumque [22] est ut multi ad tam mirandum compuncti [23]

— [11] et *add.* 1, 6.

VI. **Titulus.** — [1] *Hoc loco incipit* 7. — [2] *om.* 4, 7. — [3] *om.* 4. — [4] (v. r.) reputavit 7; (et abstinentia-reputari) *om.* 6; (de-reputari) *om.* 3.

**32.** — [1] igitur *add.* 7. — [2] a 6. — [3] diffiueret 3, 4. — [4] habundantiam 7. — [5] excelsum 4. — [6] saltim 2. — [7] quid 3. — [8] et 4. — [9] (c. et) quod 3. — [10] (r. in d. s.) in d. s. r. 4. — [11] quod 4. — [12] nimirum 2. — [13] ex eis *add.* 2. — [14] reliquias 2, 3. — [15] *post corr.*; coacta *ante corr.* 4. — [16] *om.* 2; quam 3. — [17] ad *add.* 3. — [18] transi *add. in marg.* 1. — [19] *om.* 2. — [20] utrumque 6. — [21] fratri 3. — [22] factum *post corr.* 6. — [23] *ante corr.*; puncti *post corr.* 1.

1) *Luc.* 10, 7.

spectaculum lacrimabili nimirum[24] voce lugerent, seseque miserrimos, veluti[25] cotidianis voluptatibus deditos[26], proclamarent.

**33.** Multa quoque in hunc modum[1] sepius faciebat[2], ut et[3] Cel. 53.
semetipsum perfecte contempneret, et ad sui contemptum ceteros provocaret. Sed et hic verissimus sui contemptor, cum non immerito magnificaretur ab omnibus[4], mirabiliter favorem hominum[5], solus se vilissimum reputans, arcebat[6] pro[7] foribus. Cum enim extolli se laudibus humanis audiret, alicui fratrum per obedientiam, graviter hoc ferens, iniunxit ut viliter[8] ipsum[9] a latere verbis contumeliosis afficeret, et adversus laudantium mendacia veritatis verba proferret. Quem dum frater invitus *rusticum et mercenarium*[10] *inutilem* appellaret[11], sanctissimus ille iocundo applausu subrisit et sic exprobranti respondit : „ Benedicat tibi Dominus, fili[12] carissime, quia[13] verissima loqueris, et talia filium Petri[14] de Bernardone decet audire. „
Cupiens quoque se perfecte[15] vilem[16] ab omnibus reputari, peccata Cel. 54.
sua non erubuit in predicatione publica confiteri. Sed et si quid sinistri surreperet[17] levi cogitatione de aliquo, id ipsum eidem, de quo cogitaverat, confitens humiliter, veniam postulavit ab illo. Ex[18] hoc ipso[19] etiam leviter advertenti[20] patebit qualiter vir iste murmurationis et detractionis[21] verba vitavit[22]. Quid plura? In omni genere perfe-
ctionis *usque ad summum apicem pertingere cupiens, favorem[23] *f. 181v.
summopere devitabat humanum, et ut[24], conscientia teste, vas sanctificationis interius possideret, factus est sibimetipsi[25] exterius tanquam vas perditum.

## CAP. VII. [1] Quomodo martyr esse desiderabat, nautas a maris[2] periculo liberavit, et qualiter[3] coram soldano[4] comparuit[5].

**34.** Ardentissimo martirii[1] desiderio fervens beatus Franciscus. Cel. 55.
sexto conversionis sue anno ad partes Sirie voluit proficisci[2], ut ibidem[3] Sarracenis annunciaret evangelium Iesu[4] Christi. Igitur ad eundum[5] quidem in Siriam iter arripuit; sed ventis contrariis

— [24] nimium *ante corr.* 7. — [25] velut 3. — [26] *post corr.*; deditus *ante corr.* 4.

**33.** — [1] mundum 4. — [2] et *add.* 4. — [3] *om.* 3, 4, 7. — [4] hominibus 2, 3. — [5] *post corr.*, hominem *ante corr.* 1; fugiens *add. ante corr.*, faciens *post corr.* 7. — [6] *post corr.*, acerbat *ante corr.* 4. — [7] pre 7. — [8] viriliter 3. — [9] eum 7. — [10] mercenanium 7. — [11] (i. a.) a. i. 7. — [12] filii 4. — [13] quum tu 2. — [14] Patri; Petri *corr. in marg.* 4. — [15] (s. p.) p. s. 7. — [16] inutilem 2, 3; (s. p. v.) v. s. p. 4. — [17] surrriperet 1, 6. — [18] et 3. — [19] *om.* 3. — [20] advertendum 7. — [21] detractationis 4. — [22] reincipe *add. in marg.* 1. — [23] *post corr.*, fervorem *ante corr.* 4. — [24] *om.* 2; (et ut) ut et 4. — [25] semetipsi 1. 6.

VII. **Titulus.** — [1] *Hoc caput om.* 6. — [2] (a m.) m. a 1. — [3] *om.* 7. — [4] sollano 4. — [5] (quomodo-comparuit) *om.* 3.

**34.** — [1] *om.* 2. — [2] profecisci 4. — [3] *post corr.*, ubidem *ante corr.* 4. — [4] *om.* 1. — [5] eundem 1.

flantibus, in Sclavonie partes navis, in qua ducebatur, applicuit. Audiens autem[6] a nautis eo[7] anno navem[8] illam in Siriam transire non posse, voto suo fraudatus in aliam[9], que Anchonam tendebat, a nautis expensarum defectum timentibus vix permissus intravit; in qua et Dominus per eum mirabilium suorum memoriam fecit. Gravi namque et[10] diutina maris tempestate suborta, iam demum post[11] longos labores ipsis nautis cibaria deerant, dum, cui prius introitum navis defectus victualium timore negaverant, illius tunc subsidio mortis evasere iacturam. Nam quedam, etsi non[12] tanta ut multis quoquo modo sufficerent, beatus Franciscus, Domino sibi providente, latenter intulerat; que tunc ad ipsius merita tantum sumpsere divinitus incrementum, ut habundanter usque ad portum Anchone necessitatibus omnium subvenirent[13], quamvis plures adhuc dies[14] itineris superessent. Quod naute videntes, immensas agebant omnium Salvatoris clementie gratias, qui de mortis[15] eos per famulum suum Franciscum periculo[16] liberarat[17].

**35.** Ut autem vir sanctus in terram[1] a[2] mari descendit, divini rursum verbi semina[3] iacere cepit[4], fructumque ex illis de sequentibus ipsum plurimis viris idoneis recollegit. Verum adhuc in ipso martirii fervor non tepuit, quin[5] ad fidem Christi Miramolino[6] suisque[7] complicibus predicandam versus Marrochium[8] non multo post iter arripiens, tanto ad hoc aliquociens impetu festinaret[9], ut etiam[10] peregrinationis sue comitem pre spiritus ebrietate solus precurrendo desereret. Sed cum iam[11] usque in Hispaniam ferventissime processisset[12], Domino ad aliorum multorum[13] salutem aliud ordinante, eique[14] per gravissimas corporis egritudines[15] occursante, rursus in
Cel. 56. Italiam rediit. Veniensque, aliquantulum[16] apud Sanctam Mariam de Portiuncula moram fecit. Eo quoque[17] tempore quosdam litteratos ad Ordinem nobilesque recepit, quibus discretione precipua, qua in alios mirabiliter ipse pollebat[18], curam digne et decenter adhibuit.

**36.** Porro vir sanctus, quamvis suum[1] cogeretur vel[2] invitus protelare propositum, tamen a cepto[3] martirii fervore non destitit, donec tandem terciodecimo conversionis[4] sue anno[5] ad partes Siriae transmeavit. Et licet cotidiana tunc inter christianos et infideles[6]

— [6] *om.* 3. — [7] eodem 4. — [8] navim 7. — [9] navim *add.* 7. — [10] *om.* 2, 3. — [11] propter 3. — [12] *om.* 2. — [13] subvenissent 3. — [14] (p. a. d.) a. d. p. 2, 3. — [15] maris 2. — [16] (per-periculo) periculo per f. s. Fr. 4. — [17] liberaverat 3.

**35.** — [1] (vir-terram) in terram vir sanctus 7. — [2] e 3. — [3] scientia 4; semen 7. — [4] (i. c.) iecit 2. — [5] qui 1. — [6] Miramomelino 1; Mitamolino 7. — [7] et suis 7. — [8] (v. M.) *om.* 2. — [9] festinavit 7. — [10] et 3. — [11] *om.* 2, 3. — [12] a *add.* 2. — [13] (a. m.) m. a. 3. — [14] ei 4. — — [15] *om.* 4. — [16] aliquantulam 4. — [17] *om.* 2, 7. — [18] (in-pollebat) in illos pollebat 3; mirabiliter ipse pollebat in alios 4, 7.

**36.** — [1] *om.* 7. — [2] *om.* 4. — [3] (a c.) accepto 2, 3. — [4] conversationis 4. — [5] (s. a.) a. s. 7. — [6] fideles 2.

prelia gererentur, ipse tamen in Domino confisus, adire soldanum, nec cum evidenti periculo, verebatur. Unde et multis gravibusque[7] verberibus et iniuriis, antequam perveniret[8], affectus[9], tandem ipsius soldani conspectu[10] personaliter est potitus. Sed narratui longum[11] foret, in quanta mentis constantia coram illo perstiterit, quanta[12] facundia[13] fidei christiane oblatrantium verba retuderit[14]. Soldanus vero cum ingenti illum honore[15] suscepit, pluraque sibi[16] et[17] preciosa valde donaria[18] protulit. Que sancto Dei veluti quasdam immunditias vilipendente, ipse soldanus tanquam de viro cunctis dissimili magis obstupuit[19], et illius eo[20] diligentius verbis intendit. Sed nimirum in hiis omnibus suum vir beatus desiderium non implevit; cui[21] mirabilius in singularis gratie prerogativam[22] gerenda suorum * Dominus insignia stigmatum reservavit[23] (1). * f. 182.

CAP. VIII. **Quomodo[1] volucribus[2] predicavit et qualiter bruta sibi[3] animalia obediebant et ad ipsum[4] secure[5] confugiebant et de aqua sibi in vinum conversa[6].**

**37.** Beatus Franciscus, vir columbina simplicitate plenissimus[1], dum more solito quadam vice per vallem Spoletanam transitum faceret, accidit ut non longe a castello, cui nomen Mevanium[2], multitudinem magnam diversi generis avium convolasse videret. Et quoniam ob precipuum Creatoris amorem miro[3] in omnes etiam[4] creaturas ducebatur affectu, sociis in via relictis, alacriter contra[5] locum ubi stabant adunate cucurrit easque, prout ei consuetudinis erat, veluti[6] rationis humane participes salutavit. Videns autem quod propter ipsum loco non cederent, ammirans usque ad illas accessit; sed nec[7] nunc una quidem illarum, dum adveniret[8], abscessit. Repletus itaque gaudio magno vir Dei sollicite illas ad audiendum Domini verbum intendere monuit, et hiis similia[9] simpliciter eis inter alia plura proposuit: « Fratres mei volucres, multum » tenemini vestrum[10] laudare et diligere Creatorem, qui plumis vos » induit, qui pennis a terra vos subvehit, qui vobis inter creaturas Cel. 58.

— [7] gravibus 3. — [8] veniret 3. — [9] effectus 4. — [10] conspectui 4. — [11] multum 1. — [12] quantaque 2, 3, 4. 7. — [13] constantia 7. — [14] retruderit 1; retulit 7. — [15] (i. h.) h. i. 3, 4. — [16] *om.* 4. — [17] *om.* 7. — [18] (sibi-donaria) et pretiosa valde donaria sibi 3. — [19] obstipuit 4. — [20] *om.* 2. — [21] cuius 1, 7. — [22] prerogativa 7. — [23] (s. r.) r. s. 7.

VIII **Titulus.** — [1] qualiter 6, 7. — [2] avibus 6. — [3] verbi 4; *om.* 7. — [4] (a. i.) *om.* 7. — [5] (a. i. s.) s. a. i. 2. — [6] transi *add. in marg.* 1; (et qualiter-conversa) *om.* 6; (quomodo-conversa) *om.* 3.

**37.** — [1] *om.* 3. — [2] Mevannium 1, 4, 6. — [3] misero 4. — [4] *om.* 7. — [5] circa 4. — [6] velut 2, 3. — [7] *om.* 3. — [8] veniret 7. — [9] *om.* 4. — [10] *om.* 4.

(1) Ici Julien est plus explicite que Celano (56, à la fin), qui dit simplement : *praerogativam illi reservans gratiae singularis.*

„ nobilibus in puriori mansiones aere tribuit; qui nec serentes nec „ metentes, nec in horrea congregantes, absque vestra sollicitudine „ vos enutrit, et habundanter in omnibus que vobis sunt opportuna „ providit[11]. „ Ipse vero avicule, rostris apertis, alis collisque protensis, suo modo mirabiliter gestientes, sanctum Dei[12] talia proponentem intuebantur, et verbis suis diligenter intendere videbantur. Sanctus vero Franciscus per medium illarum transiens et revertens tunica eas[13] tangebat, ut voluit; nec illis[14] quidem se[15] prius[16] a loco moventibus, donec benedictione[17] cum signo crucis et licentia eis data[18], similiter ipse recessit. Tunc cepit se magne negligentie coram fratribus[19] incusare[20], eo quod hactenus omiserat avibus predicare. Igitur ab illo[21] tempore vir Dei, cuius ori semper laus affuit, laus utique Salvatoris, non solum homines ut laudarent ipse laudans ammonuit, sed et aves et bestias et quaslibet creaturas alias[22] fratrum vel sororum nominibus nuncupans ad omnium Conditoris laudem sollicitus[23] invitavit.

**38**. Sed et hic[1], qui totum se[2] nutui Creatoris subiecerat, non immerito[3] creaturis sibi inferioribus, Altissimi nomen invocans, imperabat, quarum etiam[4] obedientiam ipsa frequenter experientia cognoscebat. Et ut[5] referam pauca de multis, accidit die quadam
Cel. 59. apud castrum quod dicitur Albianum ut, cum Dei verbum populo illic adunato proponere vellet[6], pre[7] nimio strepitu et multitudine hyrundinum ibidem nidificantium audiri non posset. Quibus ita garrientibus taliter est locutus[8]: “ Sorores mee hyrundines, iam „ tempus est ut et[9] ego loquar, quia vos quidem satis usque nunc „ estis locute; sed deinceps, usque dum[10] sermo Domini compleatur, „ loqui omnino cessate. „ At ille, velut rationis[11] capaces, continuo tacuerunt, nec ab ipso[12] loco, donec consummaretur predicatio, se moverunt. Quo viso miraculo, cuncti, qui aderant, Deum glorificabant et beati viri saltem vestimenta contingere cupiebant.

Cel. 60. **39**. Confugiebant[1] quoque sepius ad beatum Franciscum bestie silvestres, veluti ad portum tutissimum, ac si ratione ducte ipsius erga se cognoscerent pietatis affectum. Nam cum moram faceret apud castellum, nomine Grecium, quendam lepusculum, laqueo captum, vivum a quodam fratre vidit adductum. Ad quem pietate magna[2] promotus, sic ait vir ille mitissimus : “ Frater lepuscule,

— [11] previdit 7. — [12] *om*. 7. — [13] illas 4. — [14] illius 4. — [15] (q. s.) s. q. 7. — [16] (s. p.) p. s. 4. — [17] benedictae 3; benedictionem 7. — [18] *om*. 1. — [19] (c. f.) *om*. 2. — [20] (c. f. i.) i. c. f. 3. — [21] iam *add*. 7. — [22] (c. a.) a. c. 3, 4. — [23] sollicite 3, 4.

**38**. — [1] *post corr*., hoc *ante corr*. 4. — [2] *om*. 4. — [3] (s. n. i.) n. i. s. 2. — [4] et 2; *om*. 3. — [5] *om*. 4. — [6] (p. v.) proponeret 2. — [7] pro 3. — [8] (e. l.) l. e. 2. — [9] *om*. 3. — [10] *om*. 7. — [11] ratione 4. — [12] eo 3; illo 7.

**39**. — [1] *n. 39 om*. 6. — [2] *om*. 7.

„ veni ad me. Quare sic te[3] decipi permisisti? „ Qui dimissus a fratre, statim veluti[4] securus ad virum Dei cucurrit et in sinu eius, domiti animalis more, quievit. Quotiens autem a beato viro super terram depositus est ut abiret, totiens ad illum, non aliam libertatem querendo, recurrit[5], * donec tandem ad vicinum nemus ipsum a fratribus asportari precepit. De cuniculo quoque, quod animal valde indomabile est, huic simile quiddam[6] fecit, quando in insula laci Perusini[7] tempore quodam mansit. * f. 182v.

**40.** Similiter quadam vice, cum in lacu Reatino[1] resideret in navi, piscis quidam non parvus, qui vulgo[2] tenca[3] vocatur[4], vivus oblatus est ei[5]. Quem ipse vir sanctus non manducandum sed libertati restituendum hilariter et benigne[6] recipiens, ipsum fratrem piscem[7] vocavit, oransque et nomen Domini[8] benedicens, in aquam[9] reposuit. Persistente autem ipso in oratione[10] et laudibus, piscis in aqua[11] ludens a navicula non recessit, donec ei licentiam beatus Franciscus, oratione completa, concessit[12]. Cel. 61.

Sic[13] igitur gloriosus Christi[14] confessor, non solum sensibilibus[15], de quibus perlongum[16] esset narrare per singula, bestiis videlicet et avibus, imperavit, sed[17] ad illius[18] obsequium in alteram naturam insensibilia etiam[19] Dominus elementa convertit. De quorum similibus unum quoque libet[20] ut breviter enarremus[21]. Nam cum ipse vir sanctus apud heremum sancti Urbani quadam vice[22] graviter egrotaret, aqua sibi mirabiliter in vinum[23] mutata est[24]; factumque est[25] ut ad gustum illius tam facile sanitatem reciperet, quod divinum hoc esse[26] miraculum[27] nullus ambigeret[28].

Cap. IX. **De affectu ipsius[1] ad omnes creaturas propter[2] amorem Creatoris, et quantam[3] reverentiam nomini[4] Domini et[5] verbis[6] exhibuit et de compassione[7] pauperum[8].**

**41.** Tanta[1] beati Francisci mentem divini amoris dulcedo repleverat ut in omnibus opera Creatoris miranda considerans, maxima[2] etiam erga cunctas afflueret pietatis teneritudine creaturas. Inter Cel. 77.

— [3] *om.* 1. — [4] velut 2, 3. — [5] recucurrit 1; cucurrit 7. — [6] quidem 3; quoddam 7. — [7] *spatio vacuo om.* 2.

**40.** — [1] Reasino 2. — [2] *om.* 2. — [3] tenea 3. — [4] dicitur 2; (t. v.) v. t. 4. — [5] (o. est ei) ei o. est 4. — [6] benigniter 2, 3. — [7] (f. p.) p. f. 7. — [8] Dei 1, 6. — [9] aqua 4. — [10] orationibus 7. — [11] aquis 2, 3, 4. — [12] concessisset 7. — [13] hic 1, 6. — [14] ille 7. — [15] creaturis *add.* 7. — [16] longum 3, 7. — [17] et *add.* 7. — [18] ipsius 3. — [19] *om.* 4. — [20] (q. l.) quodlibet 2. — [21] (de-enarremus) *om.* 3. — [22] die 3. — [23] (m. i. v.) i. v. m. 7. — [24] nam-est) *om.* 2. — [25] *om.* 7. — [26] *om.* 7. — [27] (e. m.) m. e. 4. — [28] reincipe *add. in marg.* 1.

IX. **Titulus.** — [1] eius 6. — [2] per 2. — [3] quantum 1. — [4] nostri 2. — [5] *om.* 2. — [6] (e. v.) *om.* 4. — [7] (de c.). deo passione 4. — [8] (propter-pauperum) *om.* 6; (de affectu-pauperum) *om.* 3.

**41.** — [1] canta 4. — [2] maxime 1, 6.

alias tamen illas precipue diligebat, quas, ut puta oviculas, simplicioris[3] et mansuetioris nature videbat, quarum etiam[4] nominibus[5] Christum ob aliquam similitudinem figurari in Scripturis audierat. Nam tempore quodam per Marchiam Anchonae cum fratre Paulo quem ibidem ministrum constituerat transiens, quendam hyrcorum et caprarum vidit in pascuis non modicum gregem, et unicam inter omnes iam dicti gregis pecudes oviculam depascentem. Ad cuius intuitum graviter ingemiscens, dixit ad fratrem : " Nonne vides hanc „ solam oviculam inter hyrcos et capras simpliciter[6] ambulantem? „ Sic utique dominus noster Iesus[7] Christus innocens, mansuetus et „ humilis inter scribas et phariseos et sacerdotum[8] principes ambu„ lavit[9]. Solvamus ergo, fili carissime, precium, et educamus illam de „ medio gregis caprarum. „

Cel. 78. **42.** Cumque nichil aliud preterquam[1] viles tunicas habentes de ove[2] redimenda solliciti starent, ecce quidam mercator transiens, se ad hoc voluntarius obtulit, precioque soluto, ipsam ovem sancto viro reliquit. Qui gaudens illam secum in civitatem, que dicitur Auximum, quo tendebat, adduxit, et ad eiusdem loci episcopum hospitandi gratia declinavit. Miranti igitur primum episcopo quare sic oviculam duceret, longam de illa parabolam[3] cepit[4] retexere, donec et ipse episcopus Altissimo gratias[5] ageret[6], non modicum de tanta hominis Dei compunctus[7] simplici puritate. Sequenti autem die per quoddam claustrum dominarum apud sanctum Severinum[8] vir Dei[9] transitum fecit, ubi[10] eisdem Christi famulabus oviculam commendavit; quam ille ob sancti reverentiam devotissime suscipientes, diligenter eam longo tempore nutrierunt, donec tunicam de ipsius tandem[11] lana texentes, illam beato viro munus[12] acceptissimum de fratre[13] ovicula transmiserunt.

Cel. 79. **43.** Alio[1] quoque tempore per eandem Marchiam, iam dicto fratre comite, transiens invenit in itinere quendam virum, qui duos in humeris portabat[2] agniculos ad vendendum[3]. Quos ut pius pater balantes audivit, commota sunt ex intimis viscera eius, et accedens

* f. 183. *benigne eos veluti mater plorantes filios attrectavit. Dixit autem ad virum : " Quare fratres meos agniculos sic ligatos et suspensos „ excrucias? „ Qui cum respondisset quod eos ad forum pretii necessitate deferret, querentique quid de illis postea fieret, vir eos mactandos assereret, ait sanctus : " Absit ut hoc fiat; quin potius

— [3] simpliciores 4. — [4] *om*. 7. — [5] in omnibus 2, 3. — [6] similiter 1, 6. — [7] (D. N. I.) *om*. 3. — [8] sacerdotem 4. — [9] transi *add. in marg*. 1.

**42.** — [1] preter 7. — [2] *post corr*., eve *ante corr*. 4.— [3] (d. i. p.) p. d. i. 3. — [4] (p. c.) c. p. 7. — [5] (A. g.) g. A. 4. — [6] agens 7. — [7] est *add*. 7. — [8] transiens *add*. 2. — [9] (v. D.) *om*. 7. — [10] *om*. 4. — [11] *om*. 4. — [12] nimius 4. — [13] *om*. 2.

**43.** — [1] *nn. 43 et 44 om*. 6.— [2] (i. h. p.) p. i. h. 4; p. i. humero 7.— [3] videndum 4.

„ mantellum hunc, quo contegor[4], accipe, et fratres meos agniculos „ mihi relinque. „ Acquievit voluntarius homo ille; multo enim maioris pretii erat mantellus, quem vir Dei[5] frigoris necessitate compulsus a quodam fideli mutuaverat ipsa die. Igitur acceptis agniculis, quid de[6] ipsis ageret, sollicitus extitit. Tandem cum socio fratre deliberans[7], gubernandos eidem viro commisit, et ne vel eos[8] venderet ullo tempore lederetve districte precepit[9].

**44.** Non solum autem huiusmodi[1] bestiis et dignioribus creaturis, sed et aliis vilibus et[2] minimis simili affectu compassionis adhesit. Nam quia de Salvatore[3] legitur : “ *Ego sum vermis, et non homo* (1) „, vermiculos etiam[4], ne contererentur[5], multociens de via legebat; sed et apibus, ne deficerent forte, vinum[6] vel mel in hieme ministrabat. Diligenter enim non[7] tam illarum[8], quam et aliarum creaturarum efficaciam attendebat, et quicquid ammirationis. delectamenti seu[9] cuiuscumque valoris in unaquaque perpendere[10] poterat, id totum in omnium Factoris gloriam regerebat. Quid, putas, in sole[11], luna, firmamentoque et stellis; quid in elementis et eorum effectibus[12], sive[13] ornatibus[14]; quid, inquam, in omnibus omnium Creatoris potentiam, sapientiam bonitatemque contemplans, vere cognitionis dulcedinis hausit et gratie? Utique quempiam mortalium non arbitror hoc posse verbis exprimere. Et quoniam ad unum principium omnia retorquebat, propter hoc[15] omnia fraterno nomine nuncupabat, omnia[16] ad unius Conditoris laudem continuus ipse[17] in laudibus invitabat. — Cel. 80.

Ipse vero[18], nomen Domini[19] nominans totus supra hominis intellectum afficiebatur[20], totus in iubilo, totusque[21] alterius seculi videbatur. Propterea et tantam nomini Salvatoris reverentiam exhibebat, quod et qualecumque scriptum inveniret inhoneste locatum, reverenter illud recolligens, in loco reponebat honesto, ne forte[22] verba divina vel nomina, vel etiam littere, quibus illa scribuntur, continerentur in illo. — Cel. 82.

**45.** Quanto[1] autem, putas, erga pauperes homines compassionis ardore fervebat[2], qui[3] tanta non solum[4] ad animalia bruta, verum — Cel. 77, début.

— [4] tegor 7. — [5] sanctus de 7. — [6] *om.* 3. — [7] diliberans 4. — [8] illos 2, 3. — [9] reincipe *add. in marg.* 1.

**44.** — [1] his 3. — [2] *om.* 4. — [3] Amatore 3. — [4] *om.* 4. — [5] conterentur 2. — [6] (f. v.) v. f. 2. — [7] *om.* 2. — [8] sed *add.* 4. — [9] sed 4. — [10] propendere 1. — [11] et *add.* 4. — [12] affectibus 1. — [13] et 7. — [14] ordinatibus 2. — [15] hec 3. — [16] (fraterno-omnia) *om.* 3. — [17] (c. i.) continuis 4. — [18] vir beatus *add.* 2. — [19] Dei 1. — [20] officiebat 1. — [21] totus 2, 3. — [22] forsitan 3, 4, 7.

**45.** — [1] quanta 4. — [2] (a. f.) fervore ardebat 3. — [3] ut dictum est *add.* 2. — [4] (n. s.) *om.* 1, 6.

(1) *Psalm.* 21, 7.

etiam ad insensibiles et infimas affluebat pietatis dulcedine creaturas? Cel. 76. Nam hic vere pauperum patriarcha, omnium pauperrimus esse desiderans, etsi supra vilem tunicam nihil possessionis appeteret, noluit tamen in hac unica necessitate parcere[5] sibi ipsi, quin et illam pluries[6] indigenti cuiquam promptissime cuperet impertiri[7]. Vestes quoque diversas a divitibus in hieme postulabat[8], quas, illis libentissime dantibus, ita ut nec ad restitutionem teneretur, accipiens, eas egenis, quos prius habere contingeret obvios, in frigore porrigebat. Gravissimum erat illi, si alicui pauperum verbo vel facto perciperet quicquam molestie fieri. Audiens enim tempore quodam[9] unum e fratribus pauperi cuidam huiusmodi[10] verbum invectionis[11] inferre : " Vide ne forsitan falso simules paupertatem ", durius increpatum fecit coram eodem paupere nudum procidere, et pedibus eius deosculatis, humiliter ab ipso veniam postulare. Ait enim : " Qui pauperi " maledicit, Christo facit iniuriam cuius nobile signum gerit, qui " voluntarie[12] pauperem pro nobis in hoc mundo se fecit. " Ipse quoque, etsi[13] minimum quid[14] haberet corporalium virium, humeros tamen proprios sepius ad sublevanda supposuit[15] honera pauperum, quorum etiam[16] pio zelo multa alia[17] faciebat frequentius in hunc modum, que, nisi[18] brevitati studeremus, scribere non fuisset indignum.

*f. 183r. CAP. X, **De[1] fructu predicationis illius et de[2] devotione *populi circa ipsum et de[3] quibusdam miraculis eius et de solempnitate presepii visione[4].**

Cel. 62. **46**. Sanctus vir Dei Franciscus, eo tempore quo volucribus[1], ut dictum est, predicavit, per civitates et castella longe lateque circuiens, tantorum divina virtute ad penitentiam corda commovit, quod et[2] aliquotiens (1) ad religionis habitum simul triginta recepit. Tanto namque desiderio turmatim populus confluebat ad ipsum, ut, si quis vel eius[3] vestimenta contingere posset, felicem se pre[4] devotione permaxima reputaret. Introeunte ipso civitatem aliquam vel castellum, pulsatis illum campanis[5] sollempniter exceperunt et[6] cum ingenti gaudio adventum[7] eius unanimiter applaudentes[8], obviam

— [5] *post corr.*, percere *ante corr.* 4. — [6] pluras 3. — [7] impartiri 6. — [8] (i. h. p.) p. i. h. 7. — [9] (t. q.) q. t. 4. — [10] huius 4. — [11] iniestionis 4. — [12] voluntarius 4. — [13] et 2. — [14] *om.* 7. — [15] posuit 3. — [16] et 3. — [17] *om.* 7. — [18] non 4.

X. **Titulus**. — [1] *Quae sequuntur usque ad n. 56 om.* 7. — [2] *om.* 4. — [3] (devotione-de) *om.* 6. — [4] (eius-visione) *om.* 3; (de fructu-visione) *om.* 3.

**46.** — [1] *oblitter.* 1. — [2] etiam 4. — [3] (v. e.) *om.* 4. — [4] pro 3. — [5] (i. c.) c. i. 2. — [6] velet ut 4. — [7] adventui 4. — [8] applaudantes 1.

(1) Ce mot remplace l'expression célanienne *tunc temporis*.

sibi quandoque cum ramis arborum processerunt. Confundebatur heretica pravitas, fides extollebatur catholica, quam non solum hic sanctus vita magnificavit et verbis, sed et plurimis extulit miraculorum prodigiis. Nam et omnem languorem, divini nominis invocata virtute, curavit, verbo magnifice demones effugavit, nullaque oranti
necessitatis[9] seu periculi difficultas obsistere potuit. Cuius miracula Cel. 64, fin.
etsi prolixiori tractatui reservemus, pauca tamen[10] huic opusculo breviter inseremus.

**47.** In civitate Tuscanella miles quidam beatum Franciscum Cel. 65.
hospitio devote collegerat; cuius unicus filius[1], etsi[2] iam annos ablactationis transierat, adhuc tamen in cunabulis claudus et toto corpore debilis decubabat. Hic beati viri pedibus humiliter se prostravit, eumque[3] flebiliter pro filii sui sanitate rogavit. Sed Dei famulus ad talia indignum se reputans nequaquam primitus adquievit, donec ad ultimum victus[4] instantia deprecantis ad orationem se contulit, factoque deinde[5] signo[6] crucis, in nomine Domini puerum allevavit[7]. Puer autem, cunctis videntibus, in continenti surrexit, et sanus per domum huc atque illuc, prout voluit, ambulavit.

**48.** Alio[1] tempore quidam vir[2], Petrus nomine, in civitate, que Cel. 66.
Narnium dicitur, sic omnium membrorum fuerat officio destitutus, ut per quinque mensium spatium quasi truncus immobilis iacens linguam saltem utcumque[3] moveret et oculos miserabiliter aperiret. Hic, audito quod beatus Franciscus illic applicuisset, mox ad episcopum loci suppliciter rogans misit, ut ad se divine pietatis intuitu servum Dei venire rogaret, eo quod ex ipsius presentia sanitati restituendum se crederet. Ad quem vir Dei pietate commotus[4] accedens, signum crucis super eum a capite usque ad pedes pertraxit; et mox
omni morbo fugato, in virtute Altissimi sanum erexit. In eadem civi- Cel. 67.
tate quedam mulier oculorum lumen amiserat, que et[5] a beato Francisco illuminari cum gaudio meruit, statim ut ab eo super oculos[6] signum crucis accepit. Quedam mulier civitatis Eugubii sic ambas habebat manus contractas, ut ad omne opus agendum penitus[7] essent inutiles. Que cum beatum Franciscum illic advenisse cognosceret, mesticia[8] plena cucurrit ad illum, ut suam ei miserandam necessitatem ostenderet. Quam visam[9] vir Dei commiserans tetigit ac sanavit, ita ut illa propriis manibus caseatam continuo prepararet, eamque famulo Dei, de qua et ipse paulisper ob devotionem mulieris accepit, offerret.

— [9] necessitas 3. — [10] eorum que in vita gessit *add.* 2.

**47.** — [1] (u. f.) f. u. 3. — [2] etiamsi 2, 3. — [3] eum 2. — [4] iustus 3. — [5] inde 2. — [6] sancte *add.* 2. — [7] alleviavit 4.

**48.** — [1] *n. 48 om.* 6. — [2] (q. v.) v. q. 4. — [3] utrunque 1. — [4] motus 3. 4. — [5] etiam 3. — [6] eos 4. — [7] *om.* 2. — [8] mestitie 2, 3, 4. — [9] (q. v.) qua visa 2.

Cel. 68. **49**. Frater quidam miseranda nescio cuius infirmitatis angustia torquebatur, nisi quod pessimum a plerisque demonium fuisse[1] putatur. Nam nunc[2] allisus volutabatur spumans et aspectu horribilis, nunc autem rigidus et extensus, nunc curvus iacuit et contractus, nunc vero ad staturam hominis a terra, pedibus equatis capiti, levabatur, miserabiliter illico relapsurus. Ad quem, infirmitate illius agnita, pater sanctus accessit; primo quidem orationem pro eo fundens ad Dominum, ac deinde signum crucis exprimens super
* f. 184. illum. Ad quod[3] subito * mirabiliter factum est, ut frater ille[4] sic immunis a passione huiusmodi pessima fieret, ne vel motum prorsus ex tunc exiguum de illa sentiret.

Cel. 69. **50**. Apud[1] castellum Sancti Gemini quodam tempore beatus Franciscus predicans regnum Dei, cum tribus fratribus domum cuiusdam viri devote receptus intravit; cuius uxorem, sicut[2] omnibus loci illius incolis notum fuit[3], demonium male vexavit. Pro qua vir sanctus eo quod hominum timeret applausum, diu, antequam acquiesceret, exoratus, tandem victus prece, tres fratres suos in tribus angulis domus ad orandum pro illa[4] constituit, et in quartum similiter oraturus ipse secessit. Post hec ad mulierem miserabiliter se gerentem confidenter accessit, et in Christi nomine demoni ut exiret per obedientiam imperavit. Qui, Domino id ad humilitatem famuli sui conservandam agente, tam subito horrende stridens egressus est, ut vir Dei sibi fuisse illusum[5] certissime crederet statimque a loco cum vultus suffusione recederet. Unde et[6] alia vice per idem castellum transitum faciens, ipsam mulierem post[7] se, ut ei loqueretur, devote currentem et vestigia pedum eius deosculantem videre vel alloqui noluit, donec vere illam[8] demoniacam fuisse,
Cel. 70. cunctis hoc[9] attestantibus[10], tandem vix credidit. Erat quoque in Civitate de Castello quedam mulier habens demonium[11], que adveniente illuc beato Francisco perducta venit ad ipsum. Aderat autem multitudo populi Civitatis[12] ad rogandum pro illa, que se crebra ipsius demoniace gravatam conquerebatur insania. Quam ut audivit beatus Franciscus clamantem pro foribus[13] et furentem, scire volens an esset vere demonium, emisit[14] ad illam primitus[15] quendam fratrem. Quem illa videns, novit non esse beatum Franciscum et[16] nequiter subridens quasi pro modico duxit illum. Interim autem vir Dei in oratione prostratus, ea tandem completa, ad mulierem fiducia-

**49**. — [1] (d. f.) f. d. 2, 3. — [2] cum 4. — [3] quem 2. — [4] *post corr.*, le *ante corr.* 4.

**50**. — [1] *nn. 50, 51, 52 om.* 6. — [2] sic 4. — [3] quod ipsam *add. supra linea* 4. — [4] ea 1. — [5] (f. i.) i. f. 2. — [6] etiam 3. — [7] pro 2, 3. — [8] (v. i.) i. v. 3, 4. — [9] id 2, 3. — [10] testantibus 3. — [11] demonum 1. — [12] *om.* 3. — [13] (p. f.) *om.* 2. — [14] misit 3. — [15] protinus 2. — [16] *om.* 1.

liter est egressus[17]. Cuius illa sustinere non valens[18] presentiam, volutabatur coram illo cum fremitu super terram. Ipse vero per obedientiam imperavit exire[19] spiritui[20]; qui egrediens, nec[21] ad momentum resistere valuit imperanti.

**51.** Hec et his similia plura per beati Francisci non solum corpo- Cel. 63.
ralem presentiam gesta sunt, verum etiam, si qua fortasse vel manu contingeret, erant in eius absentia contra diversas clades salubre remedium. Nam in finibus civitatis Aretii supra modum quedam mulier gravida torquebatur, eo quod virtutem pariendi parturiens non haberet, ita ut omnino spes de ipsius salute non esset. Accidit autem tunc temporis beatum Franciscum propter infirmitatem corporis et debilitatem ad heremum quandam in equo fuisse deductum, et eundem equum reduci a quodam fratre per illum locum. Videntes autem homines loci fratrem, ipsum esse beatum Franciscum sperabant, quem, qui[1] iam aliunde transierat, illac transiturum audierant. Cumque non sine gravi dolore comperissent ipsum non esse, non[2] tamen adhuc[3] penitus desperantes, ceperunt rem aliquam a sancti viri manibus attrectatam diligenter inquirere. Invenientes autem freni habenas, quas manu vir Dei tenuerat, ipsum frenum ab equi ore velociter extrahebant, ponentes id super mulierem quam periclitari videbant; factumque[4] est ut statim illa cum gaudio pareret et ultra periculum penitus[5] non sentiret.

**52.** Vir quidam religiosus, Gaufreducius nomine, Castrum Plebis Cel. 64.
inhabitans[1], quendam penes se funiculum devote[2] conservabat, quo se beatus Franciscus quandoque precinxerat. Accidit autem in eodem castello plurimos * utriusque sexus graviter infirmari, cum iam dictus *f. 184v.
vir infirmantium[3] loca circuiens, ipsius funiculi[4] partem in aqua tinxit[5], vel[6] eidem aque de illo minimum quid[7] immiscuit, et sic in egritudinis lecto[8] decubantibus potum dedit. Sicque mirabiliter factum est ut, si qui languentium ex huiusmodi potione gustarent, optatam[9] continuo sanitatem reciperent. Panes etiam ad benedicendum beato Francisco Cel. 63.
sepius[10] offerebantur[11], de quibus egri gustantes a diverso[12] languoris incommodo resurgebant. Crebro quoque pius pater quasi seminudus a populo derelictus est, eo quod tunicam illius per particulas cum cultellis inciderent, easque devote contra diversa pericula pro salutis remedio conservarent.

— [17] ingressus 4. — [18] (s. n. v.) n. v. s. 3, 4. — [19] *om.* 4. — [20] spiritum 2, 3. — [21] non 4.

**51.** — [1] (quem qui) qui quem 3. — [2] nec 3, 4. — [3] ad hec 4. — [4] factum 3. — [5] *om.* 2.

**52.** — [1] habitans 3, 4. — [2] (penes-devote) penes se devote funiculum 2; devote penes se funiculum 3, 4. — [3] egrotantium 1, 4. — [4] famuli Dei *add.* 3. — [5] traxit 4. — [6] et 3. — [7] (de-quid) minimum quid de illo 2. — [8] loco 3. — [9] optimam 3. — [10] (b. F. s.) s. b. F. 3. — [11] offerebant 4. — [12] diversi 2.

Cel. 84. **53.** Accidit[1] preterea res quedam mirabilis anno ante felicem beati Francisci transitum tertio, quam multis aliis pretermissis digne recolendam existimo. Ipse namque vir sanctus ea precipue, que circa Christum gesta sunt, assidua meditatione revolvens, noluit[2] eorum, que sacris Evangelii[3] voluminibus enarrantur, pro sua possibilitate vel unicum iota vel apicem transgredi; quin in omnibus, que de Christo scripta perpendit, super omnia que in huius vite volubilitate geruntur, iugum ipsius Domini suavissimum onusque levissimum cuperet experiri. Igitur sollempnitate quadam dominice nativitatis instante, humilem nascentis in Bethleem Salvatoris infantie paupertatem, similitudine qua poterat, vir Dei[4] representare desiderans, ad castellum de Grecio quendam virum religiosum et nobilem, nomine Iohannem, premisit; qui ad hoc bovem sibi et asinum cum presepio contra venture festivitatis gaudia preparavit.

Cel. 85. **54.** Advenit denique nox sollempnis aderatque[1] beatus Franciscus, pluribus illic secum fratribus adunatis. Preparato itaque presepio fenum imponitur, adducti bos et asinus ad presepium collocantur, et sic cum gaudio[2] vigilie celebres inchoantur. Confluente igitur e[3] diversis locis multitudine populi, facta est nox illa iocunditatis insolite plena, facta est cereis et facibus[4] luminosa, novoque ritu celebrantur Bethleem nove sollempnia. Fratres quoque[5] laudes Domino debitas exsolvebant; sed et cuncti, qui aderant, novis letitie canticis applaudebant. Stabat autem coram presepio beatus Franciscus; stabat, inquam[6], suspiriis pre gaudio plenus; stabat indicibili suavi-
Cel. 86. tate perfusus. Tandem super ipsum presepe sacra missarum aguntur sollempnia, cum et ipse sanctus Dei[7] levita sollempnibus ornamentis indutus evangelium voce sonora pronuntiat, ac deinde populo de nato in Bethleem rege paupere melliflua predicat. Tanta vero pietatis dulcedine circa iam dicti regis afficiebatur infantiam ut, si quando Iesum Christum nominare deberet, ipsum[8] veluti balbutiens (1) puerum de Bethleem pre nimia amoris teneritudine nuncuparet.

**55.** Sed et ne facta putentur hec omnia sine nutu divino, miranda talis ibidem cuidam viro virtutis ostensa est visio. Vidit namque ad sepe dictum presepe beatum Franciscum accedere et[1] quendam[2] qui in illo iacere videbatur exanimis, velut[3] a sompni[4] sopore puerum[5] excitare. Creditur itaque[6] non immerito suam Dominus

**53.** — [1] De visione presepii, *rubricam praemittit* 6. — [2] *om.* 4. — [3] evangeliorum 2; evangelio et 4. — [4] (v. D.) *om.* 2.

**54.** — [1] oderat 2. — [2] (s. c. g.) c. g. s. 3. — [3] *om.* 2, 3, 4. — [4] fascibus 3. — [5] (f. q.) fratresque 1, 6. — [6] tanquam 2. 3. — [7] *om.* 2. — [8] vero *add.* 2. 3.

**55.** — [1] *om.* 1, 2. — [2] quendamque 2. — [3] veluti 2. — [4] sompno 3. — [5] puerulum 2. — [6] namque 2, 3.

(1) Expression fort atténuée de l'original : *more balantis ovis Bethleem dicens.*

Iesus Christus infantiam recolenti in huiusmodi formula[7] non absurde monstratus; quippe qui in[8] multorum cordibus per oblivionem quasi sopitus et mortuus, veluti per beati Francisci doctrinam et exemplum Cel. 87. evigilans ad memoriam est reductus. Finitis igitur tantis cum exultatione sollempniis, unusquisque letus ad propria remeavit. At vero de feno presepii conservato plura diversimode postmodum ab utriusque sexus hominibus sunt remota pericula, necnon et brutis animalibus * morbidis sanitatis collata remedia. Porro locus presepii templum *f. 185. Domino[9] consecratur. et altare super ipsum presepe constructum ad sancti patris honorem et facti memoriam dedicatur.

**56**. Tot et tantis refulsit beatus Franciscus, tum[1] in carne, tum[2] post excessum vite, miraculis, quod ea plenius explicare multo prolixioris esset[3] operis. Nam preter alia quasi innumera, que in diversis egritudinum, necessitatum seu periculorum generibus gessit, multos etiam mirifice mortuos suscitavit; quorum, etsi de pluribus non sumus[4] incerti, numerum tamen ad presens certum non ponimus, nisi quod undecim esse a viris fide dignis accepimus (1). Hec igitur de Cel. 70. miraculis eius in presentiarum utcumque[5] tetigisse sufficiat, ne cursum[6] vite eius breviter audire volentes tedio miraculorum narratus afficiat. Quid enim miraculis, que sanctitatem magis ostentant quam faciunt, immoremur[7], cum etiam[8] miraculose conversationis eius[9] insignia, quorum pauca perstringimus, plurima propter brevitatem[10] subticere[11] cogamur. Paucissimas enim, arbitror, esse virtutes, in quarum exercitiis vir iste beatus notabilia multa non gesserit, que ad narrandum forent utique potiora miraculis.

Cap. XI. **De studio orationis et conflictu eius cum diabolo[1], de constantia predicationis, de apertione[2] libri et visione Seraph crucifixi et[3] de apparentibus in ipso Christi stigmatibus[4].**

**57**. Ad omnia[1], que gloriosus pater Franciscus intendit et fecit, Cel. 71. tutissimum eius refugium oratio crebra fuit. Nam etsi ardentissimo zelo proximorum lucris intenderet[2], studuit tamen summopere, ne sui

— [7] formulam 2. — [8] *om.* 2, 3. — [9] *om.* 4.

**56.** — [1] cum 1. — [2] cum 1. — [3] est 1, 4, 6. — [4] simus 2, 3, 4. — [5] utrumque 1, 6. — [6] rursum 4. — [7] muneremur 1; minoremur 6. — [8] et 3: propter brevitatem *add.* 4. — [9] (c. e.) e. c. 3. — [10] (p. b.) *om.* 4. — [11] subicere 4.

XI. **Titulus.** — [1] et *add.* 2. — [2] aperitione 2. — [3] *om.* 4. — [4] (apparentibus-stigmatibus) stigmatibus in ipso apparentibus 7; (de studio-stigmatibus) *om.* 3; quere residuum vite sancti Francisci in fine veteris breviarii *add.* 6 *et ita explicit.*

**57.** — [1] vero *add.* 2, 3, 4. — [2] incederet 1.

(1) La première partie du n. 56 n'a pas son équivalent chez Celano.

ipsius curam in omni perfectionis experimento negligeret. Ad hoc solitaria loca quesivit, ad hoc in heremi vastitate resedit, sed[3] et[4] inter homines habitans, ad ecclesias domosve[5] desertas solus nocte perrexit. O quantos in huiusmodi locis terrores quantaque diaboli Cel. 72. machinamenta devicit! Cui non solum intus malignus ille pestifera sepe suggessit, sed et[6] in aliqua horrenda effigie manu ad manum cum illo[7] conflixit. Talia, inquam, loca intrepidus, ut in oratione sibimet invigilaret, elegit; ibi[8] prius didicit, que postmodum alios docuit. Didicit autem, non ut curiose, que loqueretur, verba confingeret[9]; sed sic supra modulum eruditionis humane ex affluentia doctrine celestis uberrime bibens, ut non tam verbis, quam virtute spiritus[10] ad eructandum proximis opportuno tempore plenus esset.

**58.** Nam, etsi quando hec vel illa dicere cogitasset, accidit ut ad[1] predicandum veniens omnium eorum, que precogitarat[2], oblitus omnino, quid diceret non haberet; sed nec tunc[3] quidem[4] defectum[5] suum confiteri coram cunctis erubuit, et sic subito mira verborum eloquentia affluere cepit. Sic spe[6] tota iugiter in solius Domini[7] provida largitate suspensus, de propria penitus diffidebat industria, eademque[8] mentis constantia multis[9] loquebatur, ut paucis, eadem Cel. 73. diligentia uni soli predicavit, ut multis. Nullius quoque verebatur[10] personam, quin equanimiter sapientibus et indoctis, magnisque loqueretur et[11] parvis. Nam et cardinalibus coram domino papa Honorio congregatis constantissime predicavit, non utique tam verborum simplicitate[12] movens ad risum, quam mirando spiritus[13] fervore compunctionis extorquens suspirium.

Cel. 91. **59.** Igitur vir[1] iste sanctissimus[2], qui sibi et proximis utiliter dividere tempora novit, quadam vice, relictis ex more secularium[3] turbis, locum solitudinis petiit, paucosque, qui suam[4] ab omni[5] incursantium tumultu quietem defenderent, secum duxit[6]. Cupiebat enim ad tempus soli Deo[7] vacare, et, si quid[8] pulveris ex hominum * f. 185v. conversatione forsitan contraxisset, extergere. *Cumque mentis aliquantulum continuata quiete, contemplationis fructum sapidius degustasset, totis precordiis desiderabat agnoscere quid agendo sacrificium de se Domino magis gratum posset offerre. Iam[9] vir mirande virtutis consummaverat[10], cum se[11] adhuc vix[12] incepisse

— [3] *om.* 3. — [4] *om.* 7. — [5] domos sue 1. — [6] etiam 7. — [7] eo 7. — [8] ubi 7. — [9] *post corr.*, confringeret *ante corr.* 4. — [10] semper 3.

**58.** — [1] *om.* 2. — [2] cogitarat 3. — [3] tum 2, 3. — [4] (t. q.) q. t. 4. — [5] *om.* 3. — [6] sepe 7. — [7] Dei 7. — [8] eadem 4. — [9] mentis 1. — [10] reverebatur 3. — [11] ut 7. — [12] (v. s.) s. v. 2, 3. — [13] semper 2, 3.

**59.** — [1] *om.* 2. — [2] sanctus 2. — [3] secularibus 2, 3. — [4] *om.* 3. — [5] omnium 7. — [6] (s. d.) d. s. 7. — [7] (ad-Deo) soli Deo ad tempus 4. — [8] quis 3. — [9] iamque 3. — [10] cursum *add. in marg.* 7. — [11] tamen *add.* 4. — [12] *om.* 7.

credebat. Summum eius studium fuerat ad anteriora se semper extendere, et retro acta quasi in nichilum computare[13]. Cupiebat igitur[14] adhuc[15] de novo omnes corporis passiones cunctasque mentis pati angustias, quo perfectius compleretur in ipso beneplaciti divini voluntas.

**60.** Cumque huic desiderio quanto diutius, tanto ferventius anhelaret, die quadam in heremitorio[1], quo manebat, ad altare devotus accessit; super quod[2] Evangeliorum librum cum reverentia et timore[3] deposuit. Post hec[4] humiliter se[5] coram altari in oratione[6] prosternens, quanta poterat devotione, clamavit ad Dominum, ut in prima libri apertione sui de ipso beneplaciti[7] dare dignaretur[8] indicium. Tandem corde contrito oratione consurgens, se crucis signo munivit, librumque de altari reverenter acceptum[9] aperuit. Cui cum domini nostri Iesu Christi passio primum occurreret[10], suspicatus est ne casu hoc forsitan accidisset. Unde et rursus librum claudens, rursus aperuit, pluriesque[11] hoc ipsum reiterans, idem quod prius vel simile prorsus invenit. Ad hoc Christi miles intrepidus non expavit; et qui iam dudum martyr desiderio fuit, etiam tunc[12] se ad omne, quod pro Christo sustineri poterat, flagrantius animavit. Cel. 92. Cel. 93.

**61.** Et quoniam pro hiis omnibus Domino[1] letitie cantica corde iocundo deprompsit, propterea non multo post maioris revelatione misterii dignus fuit. Duobus autem[2] annis[3], antequam vir ille[4] beatus Franciscus[5] felicem Domino spiritum redderet, in heremitorio, quod Alverna dicitur, moram[6] faciens, vidit in visione quasi Seraph unum in aere sex alas habentem, cruci manibus extensis pedibusque coniunctis affixum[7]. Alarum[8] vero duas super caput erectas et duas ad volandum extensas habebat; porro duabus totum corpus tegebat. Obstupuit vehementer vir sanctus ad visum, et alternabantur in ipso timor et gaudium. Delectabat[9] eum speciei illius mirabilis pulchritudo; deterrebat plurimum horrenda crucis affixio. Sed et hoc letificabat, quod gratiose se respici videbat ab illo[10]. Cumque diutius anxio spiritu cogitaret quid huiusmodi[11] visionis novitas importaret, nihil de illa liquido[12] intelligere poterat, donec in se[13] ipso tandem vidit gloriosissimum illud miraculum, miraculum, inquam, omnibus, ut arbitror, retro actis seculis inauditum. Cel. 94.

— [13] computari 2, 3. — [14] ergo 7. — [15] ad hec 4.

**60.** — [1] heremitario 4. — [2] *om.* 3; et *add.* 7. — [3] se *add.* 3. — [4] *om.* 3. — [5] (h. s.) s. h. 4, 7. — [6] (i. o.) *om.* 7. — [7] benepliciti 4. — [8] dignetur 2. — [9] (r. a.) a. r. 7. — [10] occurrisset 7. — [11] pluresque 1. — [12] (e. t.) iterum 3.

**61.** — [1] pro *add.* 4. — [2] (d. a.) nam duobus 2, 3, 4, 7. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 1. — [5] *om.* 2, 3, 4, 7. — [6] (in-moram) moram in heremitorio, quod Alveria dicitur 2. — [7] *post corr.*, affexum *ante corr.* 4. — [8] alas 7. — [9] enim *add.* 7. — [10] (v. a. i.) a. i. v. 3. — [11] huiuscemodi 2; huius 3, 4, 7. — [12] liquide 4. — [13] *om.* 7.

Cel. 95.

**62.** Apparebant namque in manibus eius et pedibus quasi fixure clavorum, latusque ipsius dexterum[1] veluti lancea perforatum. Manuum videlicet interior et pars pedum superior supereminentia quedam ex ipsa carne veluti clavorum capita protendebat[2]; manus autem exterius, et pedes inferius[3] signa[4] quedam oblonga[5] gerebant. veluti retorta clavorum acumina, que et ipsam[6] carnem similiter reliquam excedebant. In latere vero dextro cicatrice obductum vulnus apparuit. quod et sacrum sanguinem sepius evaporans tunicam ipsius

Cel. 95 et 96 mêlés.

nec non et aliquotiens[7] femoralia tinxit. Talibus igitur[8] vir Dei[9]. in se[10], resultantibus[11] margaritis, studuit summopere pretiosissimum illum thesaurum, quasi[12] speciali eum[13] Dominus prerogativa ditaverat. ab omnium omnino viventium[14] oculis conservare[15] reconditum, ne quod vel minimum conscii cuiusquam familiaritatis occasione fortassis incurreret detrimentum. Unde et quia rarissime perpaucis precipua consueverat revelare misteria. ea quoque, que tam gloriose[16] parebant[17] in ipso. maxime sibi familiaribus diu erant incognita.

* f. 186.

**63.** *Periculosum enim existimans, inclitum apparere in oculis hominum, sed et pro magno non reputans, occulta quorumlibet[1] bona[2] non esse maiora hiis. que proferuntur in publicum, ruminabat multociens illud in ore[3] propheticum : " *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi* " (1). Fratribus quoque circa ipsum conversantibus dederat tale signum, ut, si quando eum cum extraneis occupatum predictum versiculum recitare perciperent, illum, ne forsitan[4] in verba sibi nociva difflueret[5], curialiter ab eorumdem[6] colloquiis[7] expedirent. Itaque[8] vulnus lateris, quoad usque vixit in corpore. diligenter viro Dei celante, solus hoc frater Helyas casu utcumque[9] prospicere[10] meruit; frater vero Rufinus. ad eum scalpendum admissus. manu illud sensibiliter. sed fortuito. contrectavit; ad cuius contactum[11] vir sanctus remurmurans, gravissime[12] doluit. et iam dictum fratrem inculpans, ut hoc sibi Dominus indulgeret adiunxit[13].

**62.** — [1] dextrum 4. — [2] protendebant 7. — [3] interius 3. — [4] *om.* 1. — [5] ablonga 4. — [6] ipsa 4. — [7] *om.* 7. — [8] *om.* 7. — [9] (v. D.) *om.* 2. — [10] (v. D. i. s.) i. s. v. D. 3. 4. 7. — [11] resultans 7. — [12] qua 2, 3, 4, 7. — [13] illum 2. 3, 7. — [14] (o. v.) v. o. 4. — [15] *om.* 7. — [16] gratiose 2, 3, 4. — [17] patebant 7.

**63.** — [1] et *add.* 1. — [2] *om.* 7. — [3] (i. in o.) in o. i. 4. — [4] forte 3. — [5] deflueret 3. 4, 7. — [6] eorum demum 4. — [7] eloquiis 7. — [8] igitur 2. — [9] utrumque 1. — [10] perspicere 1 : percipere 3. — [11] tactum 1. — [12] *in hac media voce ob lacerata subsequentia folia desinit* 4. — [13] *quae sequuntur usque ad n. 71 om.* 7.

(1) *Ps.* 118, 11.

CAP. XII. **De his que ante mortem sustinuit, fecit et dixit, et de fervore ipsius[1] et patientia, et de transitu eius[2] et de exequiis[3].**

**64.** Iam[1] beatissimus pater Franciscus, annis a conversione sua[2] Cel. 97. decem et octo peractis, nullam vel modicam carni requiem dederat, sed per diversas mundi partes predicando laboriose circuiens, inusitatis eam et novi generis disciplinis affligere non cessarat; et quamvis ei in[3] multis languoribus effluxissent dies preteriti, duobus tamen annis, qui adhuc vite eius erant residui, gravioribus cepit et magis continuis infirmitatibus perurgeri. Sed[4] et licet caro naturali corruptele necessarioque se presentiret[5] propinquare defectui, non tamen adhuc dissensit, quantum poterat, sub assueti rigoris lege teneri. In tantum enim vir reverendus se sibi subiecerat, tantaque corpus armonia spiritui concordarat, ut etiam[6] carnis repugnantiam vix sentiret in omnibus, que spiritus agenda dictabat. Igitur vir sanctus spiritu[7] ad omne bonum promptissimus, qui tanto hactenus animarum zelo fervebat[8], adhuc in predicatione non desistens intendere proximorum saluti, corpus emortuum fecit in asino per civitates et castella circumvehi. Cel. 98.

**65.** Suadebant autem fratres eique cum omni precum instantia supplicabant, ut infirmitatibus suis medicorum auxilio subveniri permitteret, videntes utique, quod de die in diem magis magisque deficeret. Ipse vero consentire in hoc fratribus penitus recusabat, veluti qui hactenus carnis curam[1] non egerat, iamque dissolvi et esse cum Christo multo melius anhelabat. Verum quamvis stigmata Domini Iesu Christi[2] in corpore suo portaret, quia tamen in ipso oportuit ea, que passionum Christi deerant, adhuc amplius adimpleri[3], cepit et aliis languoribus infirmitas oculorum gravissima superaddi. Tunc supradictus frater Helyas, quem veluti loco matris elegerat et adhuc vivens gregi suo pastorem prefecerat, compulit eum et rationibus induxit[4] ut sibi mederi permitteret, timens ne forte per incuriam penitus oculorum lumen amitteret. Cui vir sanctus humiliter obtemperans tanquam patri, plura suis ex tunc oculis medicamina patiebatur apponi, quamvis, ingravescente malo, nullius essent remedii. Cel. 99.

Tandem Reatam curande iam dicte infirmitatis occasione perductus est, ubi, et domino Honorio papa tertio moram tunc temporis

XII. **Titulus.** — [1] spiritus 2. — [2] *om.* 2. — [3] (de his-exequiis) *om.* 3.

**64.** — [1] Nam 2. — [2] eius 3. — [3] (e. i.) eum 3. — [4] *om.* 3. — [5] presentaret 3. — [6] et 2, 3. — [7] *om.* 3. — [8] ferbuerat 2, 3.

**65.** — [1] (carnis curam) curam carnis 3. — [2] *om.* 1. — [3] et impleri 2. — [4] introduxit 1.

faciente, honorifice a curia Romana devoteque susceptus est. Familiarius tamen et pre ceteris dominus Hugo, tunc Hostiensis episcopus, affuit, quem vir sanctus, eodem domino annuente Honorio[5], in patrem ac dominum pre cunctis elegerat, cuius se cum universo Ordine suo tutele[6] commiserat, nec non et obedientie mandato
Cel. 100. subiecerat, sed et eumdem, prophetico spiritu ductus, apostolico honori provisum fore[7], non solum verbis predixerat, sed et factis[8] multimode presignarat.

Cel. 101. * f. 186v. **66.** Hic igitur erga virum sanctum * mirando dilectionis[1] affectu flagrabat; hic pauperculo Iesu Christi, tanquam famulus domino, ministrabat. Contestabatur idem ipse postmodum ad apostolicam[2] dignitatem evectus[3], se nunquam in tanta perturbatione fuisse, quin omne mentis nubilum in solo viri Dei[4] contuitu vel affatu discederet, subitaque serenitatis suavitas et iocunditatis dulcedo rediret. Unde et quotiens ipsum[5] videbat, ei tamquam Christi apostolo reverentiam exhibebat. Hic itaque beatum Franciscum, ut curam sui gereret, instanter ammonuit; cui et ipse sanctus in hoc humiliter, sicut et in aliis omnibus, obedivit. Factis igitur cocturis in capite, venis incisis, colliriis et emplastris adhibitis, nichil penitus ad sanitatem profecit;
Cel. 102. quin potius ipsum malum, medicaminibus multiplicatis, accrevit. Ipse vero tot incommoda corporis in omni patientia et gratiarum actione sustinuit; despectisque corporalium membrorum molestiis, totam ad Deum intentionem, spiritu confortato, direxit. Et ut interne consolationi liberius posset intendere, quatuor fratrum[6], virorum virtutis, deputabatur custodie, qui et omni sollicitudine insistebant ipsius non solum necessitudini corporis procurande, verum etiam quietudini spiritus observande.

Cel. 103. **67.** Iam gloriosus pater in tantarum non mediocriter virtutum gratia consummatus, transegisse se dies vacuos reputavit; et quamvis esset ad exteriora corporis[1] exercitia prorsus inutilis, semetipsum tamen adhuc ad triumphos novi certaminis incitavit. Dicebat enim : " Incipiamus, fratres, Deo servire[2]. Incipiamus, inquit, et proficiamus. " Quam parum huc usque profecimus. " Volebat rursus ad simplicitatis redire primordia; volebat leprosis contemptibiliter de novo servire et ab hominum conversatione ad loca remotissima se transferre. Ab
Cel. 104. omni quoque se cura[3] regiminis cupiebat eximere, eo quod multis de causis periculosum[4] assereret, maxime in hoc tempore, prelationis locum tenere; esse vero plurimis utile magis regi, quam regere.

Cel. 105. Cumque moram faceret apud Senas, quasi mense sexto ante

— [5] (a. H.) H. a. 2, 3. — [6] tutule 1. — [7] (p. f.) f. p. 2. — [8] fratris 1.

**66.** — [1] devotionis 2. — [2] postmodum *add.* 2. — [3] provectus 1. — [4] *om.* 2. — [5] eum 2. — [6] minorum *add.* 2.

**67.** — [1] *om.* 2. — [2] (f. D. s.) D. s. f. 2, 3. — [3] (q. s. c.) c. s. q. 3. — [4] gloriosum 2.

obitum suum[5], toto corpore gravius, quam solebat, attritus, propinquare videbatur ad exitum. Festinato itaque de longinquo frater Helyas accurrit, eumque in adventu suo paululum respirantem[6] secum ad cellam de Cortona perduxit. Ubi cum[7] stetisset per modicum, acrius invalescente morbo, deduci se rogavit Assisium. Quo postquam pervenit, facta est non modica totius exultatio civitatis; et gratias agentes laudaverunt unanimiter Dominum, quod[8] tantum penes se recondi speravere thesaurum.

68. Adductus igitur in palatium Assisiani episcopi (1), cepit non Cel. 107. multo post totius corporis virtute destitui et tam acriter[1] per singula membra torqueri, ut interrogatus an potius martyrium a carnifice sustineret, triduanam huiusmodi passionem, etsi pro voluntate divina sibi placitam et acceptam, graviorem tamen quovis martyrio responderet[2]. Cernens itaque proximare diem vite novissimum, quem Cel. 108. per revelationem iam biennio ante[3] didicerat, convocavit ad se fratres, quos voluit, singulosque[4], prout sibi dabatur desuper, benedixit. Cumque caligantibus oculis videre non posset[5], sicut quondam patriarcha Iacob, manibus cancellatis, dexteram[6] fratri, qui a sinistris eius sedebat, imposuit; interrogansque quis esset, et intelligens esse fratrem[7] Helyam, quem, ut dictum est, substituerat loco sui, sic se velle respondit. Primum igitur illi ac deinceps universis in eius persona fratribus benedixit, et bona illi plurima imprecatus, benedictiones in eo multimodas confirmavit. Quibus completis, adiecit : „ Valete, „ filii omnes[8], in timore Domini et permanete semper in ipso, quo- „ niam tribulatio vobis * approximat et maxima super vos est futura *f. 187. „ temptatio. Felices autem illi sunt[9], qui in[10] bonis perseveraverint, „ que ceperunt. „ Tunc sine mora ad Sanctam Mariam de Portiuncula se transferri poscebat, volens illic animam reddere Domino, ubi primo, ut dictum est, perfecte viam veritatis agnoverat.

69. Illum quoque[1] locum in omni reverentia et honore fratribus Cel. 106. custodiri preceperat; hunc specialiter asserebat divinis obsequiis et orationibus congruum; hunc supernorum dicebat spirituum frequentia visitatum[2]. Igitur in loco sibi desiderato paucis diebus quievit, Cel. 109. donec tandem mortis horam instare cognoscens, duos ad se fratres vocavit, quibus de transitu eius vicino laudes alacriter domino decantare precepit. Ipse vero, prout potuit, in hunc psalmum proru-

— [5] (s. a. o. suum) ante obitum suum sexto 2. — [6] respirante 2. — [7] dum 1. — [8] quia 1.

68. — [1] atrociter 1. — [2] responderit 3. — [3] *om.* 2. — [4] singulisque 3. — [5] (v. n. p.) n. p. v. 2. — [6] patri *add.* 3. — [7] (e. f.) f. e. 2, 3. — [8] (f. o.) o. f. 1. — [9] (i. s.) s. i. 2. — [10] hiis *add.* 3.

69. — [1] (i. q.) illumque 1. — [2] usitatum 2.

(1) Cette incise se lit à la fin de Cel. 108.

pit : “ *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum depre-* „ *catus sum* (1). „ Unus autem e[3] fratribus, qui astabant[4], pro cunctis sollicitus, dixit ad eum : “ Heu, pater benigne, ecce filii tui „ remanent sine patre. Recordare igitur orphanorum, quos deseris, „ et omnibus culpis remissis[5], tam presentes quam absentes tua „ sancta benedictione consolari digneris. „ Cui piissimus pater respondit : “ Ecce ego quidem iam vocor a Domino, fili; fratribus „ vero[6] meis, tam absentibus quam presentibus, omnes offensas et „ culpas remitto et eos, sicut possum, absolvo. Quibus tu hec, fili,
Cel. 110. „ denuntians, ex parte mea omnibus benedicas. „ Porro evangelium secundum Iohannem ab eo[7] loco, ubi incipit : *Ante diem festum Pasche* (2), sibi legi poposcit. Deinde se cilicio superponi cinereque conspergi precepit; et sic filiis circumstantibus et lugentibus, pater sanctus in Domino feliciter obdormivit.

**70.** Unus autem ex illis specialis eius discipulus, vir fama non modicum celeber, cuius nomen ideo subticetur, eo quod tanto nollet preconio gloriari, dum viveret, vidit illam gloriosam animam carne solutam in stelle grandis et radiantis[1] effigie, vidit, inquam, velut super aquas multas candida subvectam nubecula in celum directe conscendere. Sic nimirum, qui contemptibiliter in area[2] vite huius laboriose[3] spicam carnis terrena[4] terendo confregerat, iam excussa palea[5], granum purum[6] in horrea summi regis ingreditur; sic mortali vita defunctus, eternitaliter victurus, vivo pani coniungitur, qui turbam Christi famelicam, ne in via deficeret, de paupertatis horreo[7] satiarat. Et bene super aquas multas in specie stelle, candida subvectae nubecula. videbatur ascendere; quippe qui mundus ex aquis terrene delectationis assumptus, multitudini populorum tam miraculis, quam vita splenduerat et doctrina; quibus in lata perditionis via, quasi cecis, errantibus luminosum iter pandens ad gloriam, eam[8], que prius stricta[9], paucis in illa gradientibus, timebatur[10], ampliaverat se turmatim sequentibus vite viam. Regnat igitur[11] dives in patria pro paupertatis transitorie copia, regnat, inquam, sibi regibus huius mundi substratis[12], quos hic misera rerum pereuntium ditat inopia (3).

— [3] de 2, 3. — [4] astabat 2. — [5] dimissis 2. — [6] *om.* 2. — [7] (ab eo) a 2.
**70.** — [1] (et r.) *om.* 1. — [2] carne 2. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 3. — [5] (i. e. p.) *om.* 2. — [6] iam *add.* 2. — [7] horrea 1. — [8] ea 2. — [9] (p. s.) s. p. 2. — [10] videbatur 2. — [11] ergo 2. — [12] subtractis 2, 3.

(1) *Ps.* 141, 2. — (2) Cap. XIII, 1. — (3) La source de ce paragraphe, à partir de *Sic nimirum*, sont en partie les deux répons *De paupertatis horreo* et *Carnis spica*, qui n'ont pas Julien pour auteur. Il les a incorporés, sous leur forme primitive, dans son office rythmique, IIIe nocturne. Cf. *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 328-330.

**71.** Factus est itaque concursus populorum civitatis Assisii Deum Cel. 112, 113. unanimi iocunditate laudantium, eo quod tantum illis dignaretur commendare depositum. Erat autem primitus pro tanti patris subtractione planctus filiorum non modicus, qui non multo post in letitie canticum est conversus. Videbant namque novum illud, quod fecerat Dominus super terram; videbant, inquam, non planctu, sed plausu dignum miraculum, sacrum videlicet corpus, Christi stigmatibus decoratum. Aspiciebant membra eius, morbida prius et rigida, iam tractabiliter pro tangentis se voluntate flectentia; carnem quoque, duram prius et lividam, veluti pueruli[1] teneritudine iam resumpta, mirando candore nitentem, et quasi carnis glorificate speciem pre decoris magnitudine pretendentem. Gloriosum *tunc erat[2] in carne *f. 187v. tam candida videre similitudinem fixure clavorum, immo nigros ut ferrum clavos ex ipsa carne formatos in medio[3] pedum et manuum, dextrumque latus[4] sacro sanguine rubricatum. Lacrimabantur itaque filii pre gaudio cordis, et osculabantur in patre signacula summi regis.

